C. VI. 233.

DE SACRARVM LITERARVM COMMVnicatione, earumq́; ſenſus germanitate: ac de catholicorum eccleſiæ rituum veritate, chriſtiana quædam axiomata.

De ſepulturis autẽ & exequiis quid ſentiendum & obſeruandum, à fratre Guillelmo Bernard Frãciſcano, doctore theologo ædita.

Vniuſcuiuſque axiomatis quæ fuerit præſcriptio, uerſa pagella docebit.

Cũ priuilegio.

PARISIIS,
Apud Viuantium Gaultherot, in uico diui Iacobi, ſub inſigni ſancti Martini.
1547.

Prima propoſitio.

Sublimia, reconditaq́; myſteria multa, q̃bus ſcatet noui teſtamenti ſcriptura, noſſe ſeu intelligere, nõ cuiuis fideli datũ eſt: & ita nec arcana penitioraq́; ſcripturæ ſenſa rimari.

Secunda propoſitio.

Nõ cuiuis chriſtiano quãtũuis fideli, citra diſcrimẽ quælibet doctrina fuerit aperienda, proferendaq́;, vel cõmunicanda.

Tertia propoſitio.

Nõ eſt cuiuſuis, etiã Latinè, *Græcè, vel* Hebraicè *ſciẽtis, ſacras interpretari ſcripturas, ſeu de germano earum ſenſu cenſorem eſſe.*

Quarta propoſitio.

V*erus, germanusq́; ſacræ ſcripturæ ſenſus, quem eius intelligendi vel interpretandi capaces ſequi debent, is eſt quem eccleſia, vel expreſſa declaratione, vel catholica & vniuerſali cõſuetudine ſeu practicatiõe docuit.* Et *qui huic eſt aduerſus ac contrarius, peregrinus & alienus eſt.*

Quinta

Quinta propoſitio.

Tradita ſunt quædam à Chriſto, & quædam ab apoſtolis, quæ in ſacris expreſſa non ſunt: non tamen minus obſeruanda quàm quæ ſcripta.

Sexta propoſitio.

Ceremoniæ eccleſiæ catholicæ, à Crhriſto ex parte manarunt: & quæ à Chriſto non continuò manarunt, eæ non vanæ nec ſuperſtitioſæ ſunt: imò pietatis & fructus nonnihil adferunt.

Septima propoſitio.

Ceremonias plurimas, quas in baptizatione, catholica nunc obſeruat eccleſia, iã apoſtolorum temporibus & cõtinuò pòſt præter eſſẽtialia baptiſmi, obſeruatas eſſe

Octaua propoſitio.

Sacrificium ſub nõie miſſæ iam apoſtolorũ tẽporibus & cõtinuò pòſt ſemper in eccleſia chriſtiana fuit.

Nona propoſitio.

Diuinæ doctrinæ, vetuſtiſſimorũq; patrum obſeruationi conuenire, vt qui varia

 profiten-

profitentur inſtituta, variis quoq; veſtimentorum modis vtantur.

QVANTVM AD SEPVLTVRAS, & exequias, & cætera ad hæc ſpectantia.

Prima propoſitio.

Mortuorum corpora ſepelire charitatis opus eſt & pium. Sic & inſtituere corpus ſuum ſepeliri, bonum eſt.

Secunda propoſitio.

Mortuorum corpora, vel etiam cum vitæ diſcrimine ſepelire, nonnunquam bonum eſt, imò heroïcum vel propemodum heroïcum, &c.

Tertia propoſitio.

Sanctorum vereq; chriſtianorum corpora honorificè ſepelire, à ſuperſtitione vanitateq; tantum abeſt, vt etiam (modò citra ſuperfluitatem, ac cum debitis circunſtantiis fiat) bonum ſit, Deo gratũ, ſacris ſcripturis, antiquiſsima eccleſiæ conſuetudine, ac vetuſtiſsimorum patrum ſen-

tentiis

tentiis commendatum & laudatum: item quæ ad eam honorificam ſpectent ſepulturam.

Quarta propoſitio.

Mortuorum corpora vel lauare, vel aromatibus vngere ſecundum patriæ morem ab aliis etiam chriſtianis ibi receptũ & ſeruatum (licet defunctis non proſit, niſi quatenus ſic lauantes aut vngentes, huic pio officio reſpondentem, ſatiſfactionem illis applicant) non eſt ſuperſtitioſum nec inutile, imò pium & ſanctũ: nec omittendum dum cõmodè fieri poteſt. Sic de campanarum pulſu.

DEFVNCTORVM CORPORIBUS impenſa exequiarum officia, quos, quidque iuuent, aut omiſſa noceant.

Prima propoſitio.

Animis Dei gratia redimitis, à cuiuſcũque pœnæ debito abſolutis, ab aſſequutione beatitudinis cõtinuò pòſt mortẽ, ſepulturæ carentia non nocet: nec vilis obeſt.

Secunda propoſitio.

Vt damnatis nihil proſunt exequiæ ſumptuoſæ: ſic nec pœnam eſſentialem auget exequiarum aut ſepulturæ carentia.

Tertia propoſitio.

Animis cum Dei gratia migrantibus, nondum perſoluta pœna temporali venialibus debita: aut in quam per pœnitẽtiam commutata eſt æterna, quæ mortalibus ante pœnitentiam debebatur, valere poteſt tam directè quàm indirectè, quòd ſepeliantur, vel quòd honorificè ſepeliantur eorum corpora.

Quarta propoſitio.

Viuis prodeſt ex charitate defunctis eiuſmodi officia impendere, ſiue defunctos, pro quibus impenduntur iuuet, ſiue non.

Ampliſſimo

AMPLISSIMO, ILLVSTRISSIMOQVE IN Chriſto patri ac domino D. Guillelmo à Pratis Claromontenſi epiſcopo vigilantiſsimo, frater Guillelmus Bernard Franciſcanorum minimus.

P. D. Sal.

HVius ætatis viperinos neochriſtianorum morſus, ac ſatanicos afflatus, velut corã poſitus ſpectans apoſtolus (illuſtriſsime, chriſtianeq; pietatis amãtiſsime domine) ſimpliciſsimũ quẽq; præmonuit dicẽs ad Ephe. 5. Videte fratres, vt cautè ambuletis. nolite fieri imprudẽtes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Nimirũ incautas aues, latentes decipulæ perdunt: et deliteſcens anguis nõ attendentẽ interdũ mordet. Ita quoq; nõnũquã ĩcautos à neo chriſtianis ſub ſcripturarũ corticẽ, ꝓpina

to felle perdi: & ſub mellitorum verborũ foliis, letifero viru porrecto, intoxicari contingit. Quid (aiunt) à paterni teſtamẽti lectione arceantur aliqui etiam pueri, ſiue mulierculæ, quum id ad explendũ, noſſe vnumquẽq; oporteat? Cur eius ſenſus cuilibet eſſe cenſorẽ nõ licebit, quum ſint omnes docibiles Dei: & ea ſapientibus et prudẽtibus abdita, ꝑuulis reſerata Chriſtus fateatur? Cur euangelio quidpiã ab hoĩbus acceßit, quũ plagas interminetur Deus iis qui libro eiuſmodi quicquã addiderĩt? Quid tot ceremoniæ, quũ ĩ ſpũ Deus adorãdus ſit? Quid veſtimentorũ varietas ad pietatẽ conducit? Quid in ſepeliendis hoĩm (aiunt) ingratis cadaueribus funebres vllæ pompæ, quũ harũ nil ipſa ſentiant? Innumeros quoq; cõſimiles virulentos ſermones paßim ſimpliciũ vultibus obtendi creberrimè experimur. Paruulos itaq;, quibus ſcripturã ſcripturæ conferre & vetuſtißimorum patrum ſentẽtias, aut

eccleſiæ ſanctiones, conciliorúmve definitiones perluſtrare nō datur, præmonentes: vtq; iis lucerna nō deeſſet, qua catholicæ veritatis lucē aduerſus eiuſmodi diabolicos flatus præmunire valeant inſtituentes, eruditiſsimi, in ſacriſq; literis exercitatiſsimi patres quidam, iiq; fidei propugnatores perquā ſtrenui, antichriſtorum caſſes eiuſcemodi detexerunt, detectoſq; cauere docuerunt: vtq; prudentia copioſius irradiati ſimpliciores intelligant, quæ ſit volūtas Dei, *fructuoſiſsimè laborarūt.* Poſt *vberiorū ſcripturæ fructuū amplisſimos meſſores huiuſmodi, quaſdā, eaſque pauculas ſupeſſe ſpicas legendas animaduertens, quas poſt terga metentium legere datum eſt, quorūdā perſuaſus monitis, cum meſſorum copioſis aceruis, in cōmune granarium recōdi permiſi.* Prius *tamē (vt fieri ſolet) cui eccleſiæ propugnaculorum catholicæq; veritatis aſſertori præter cæteros magnanimo, modicos hos granorum*

flores

ſlores committerem, mihi mẽte reuoluenti, imprimis obſeruãdæ ſuſpiciẽdæque paternitatis tuæ memoria mox meam ſubiit mẽtem. Licet enim raros non niſi rara deceant, expẽdens nihilominus diffuſum, latumque pratum nõ tãtum inſignes, ſed etiã mediocres admittere flores, minutiſſimos hos theologici noſtri ſtudij floſculos venerandæ tuæ paternitati in Oecumenico concilio cum cæteris patribus nõ ſegniter laboranti, tua fretus humanitate, ſacrandos cenſui. In his nimirum axiomata duo multò plus cæteris ditare ſtudui, pauca admodum de iis ab aliis tradita notans. Prius quidẽ eſt ꝙ diuinæ doctrinæ, vetuſtiſſimorumque patrum obſeruationi conueniat, vt qui varia profitentur inſtituta, variis quoq; veſtimentorũ modis vtãtur. Poſterius aũt aliquot cõplectens ꝓpoſitiones, eſt de ſepulturis et exequiis, et ad hæc ſpectãtibus, et quis exĩde fructus. In his enĩ nõ modò neochriſtiani erãt, ſed eorũ quoq; ſententiã facto probare viden

tur viri graues, & alioqui doctiſſimi: qui ſuis iis exemplis inferiores nõnullos, minusq́ue peritos in eam traxerunt ſententiam, vt temperatas illas & ſolitas funebrium exequiarum pompas non ſolum nõ probēt, ſed & culpent, aſpernētur, ac prorſum eliminandas cõclamant, id præſtituri, niſi vel hæreticorũ ſupplicio mulctari, vel hæreſeos nota inuri vererentur, nõ ſatis attendentes ipſas in ſacris cõmendari, à vetuſtiſſimis patribus celebrari, antiquiſſima eccleſiæ conſuetudine roborari. Porrò *ſi (vt vult* Baſilius *concione prima variorũ argumētorũ) quicquid antiquitate excellit, venerabile eſt: imò nouitas omnis ſuſpecta ſit, à vetuſtiſſimis illis eccleſiæ catholicæ cõſuetudinibus ne latũ quidē vnguē recedēdũ fuerat, nouitatem amplexãdo.* Hos *igitur, illuſtriſſime domine à ſeruulo oblatos floſculos placida beneuoláque mente ſuſcipito.* V*ale ſemper fœlix.* Pariſiis Anno domini 1547.

Alphabe-

ALPHABETICVS INDEX

RERVM MEMORABILIVM, QVAE habentur in hoc libro.

ADdere ſcripturæ ſacræ, quid fo. 39
Adimere aliquid euangelio, quid 39
Adorare Deum in ſpiritu, quid 49
Aliqua uno tempore facienda, alio tēpore omittenda 19
Antiquitatem ſequi quid ſit. 34
Apoſtoli quædam tradiderunt, quæ non ſcripſerunt 43
Articulorū fidei expreſſa cognitio, quibus eſt neceſſa. 17
Aſpectus ſepulchrorum quid iuuet. 137
Baptiſmales ceremoniæ, cur ultra neceßitatem ſacramēti, & quando cœperunt 60
Beatißimæ uirginis Mariæ ſepultura magnifica 117
Campanarum pulſus pro mortuis cur in uſu 141
Capacitas proxima 13
Capacitas remota, quæ eodem.
Ceremoniarum uirtus 59
Ceremonias Chriſtus ſeruauit 49
Ceremonias externas Apoſtoli ſeruauerunt 50
Ceremoniæ eccleſiæ nō ſuperſtitioſæ, ſed piæ ſunt & utiles. 56
Ceremoniæ quid iuuent ſpiritum 58
Ceremoniæ uniuerſalis eccleſiæ, quas Chriſtus nec apoſtoli leguntur ſeruaſſe, ſunt uel à Chriſto per apoſtolos, uel à conciliis generalibus 51
Chriſtus aliter Apoſtolis, aliter aliis loquitur: quædam quibuſdam Apoſtolorum pādit, cæteris uerò non 16
Chriſtus & Apoſtoli multa tradiderunt quæ ſcripta non ſunt. 39
Chriſtus poſt aſcenſionem, ac reſurrectionem multa docuit, quæ non ſunt ſcripta 41

Chriſtus

Chriſtus quibus euangelij ſenſum continuò reuelauit, & quibus non continuò 5
Chryſoſtomi ſententia de ſepulturis 104
Chryſoſtomi ſententiæ de ritibus ſepulturæ 111
Conſtantij imperatoris ſepultura, quæ 106
Conſenſionem ſequi, quid 35
Conſuetudo eccleſiæ, uim legis habere probatur 78
Cor Deo præbere 49
Corpus cur dignandum ſepultura 114
Diei dominici obſeruationem, eſſe iuris diuini 47
Dionyſii Areopagitæ ſunt libri, qui ei adſcribuntur 52
Dogmata eccleſiæ partim ſcripta, partim ab Apoſtolis tradita eſſe 44
Duodecim patriarchæ in Sichen ſepulti 133
Eccleſia ueritatis fons, domiciliúmque fidei 38
Eccleſiæ naſcentis conſuetudo de ſepulturis 104
Eligere ſtatutum locum in ſepulturā non eſt uanum 126
Euangelio ſcripto, uel apoſtolicis ſcriptis contenti non ſumus. 44
Eunuchus Candaces reginæ, honorificè ſepultus eſt 105
Ex lege ſcripta & lege euangelica probatur, honorificè ſepelire 102
Faſtuoſa, ſumptuoſáque nimis ſepultura culpatur à patribus 114
Fidei ueritas à doctoribus aliquibus prædicari in eccleſia nunquam deſtitit 36
Fides duobus modis munienda 32
Fides ſimplex eſt prædicanda: altiore doctrina docendi ſunt perfectiores 15
Funebres exequiæ quid iuuent, & quos non 142
Gratia intelligendi myſteria tātum dignioribus datur 3
Hebræi quædam non ſinebant ab omnibus legi 4

Honori-

Honorifica ſepultura in quibus eſt 112
Honorificè Chriſtus ſepultus eod.
Honorificè ſepelire probatur ex lege naturæ 101
Ioannes baptiſta à cæteris indumento differens 91
Ioſaphat & Barlaam ſepulti honorificè 107
Ioſeph ab Arimathia cū uitæ periculo Chriſti corpus ſepeliuit 98
Lauādi corpora defunctorum mos patriæ ſeruandus eſt. 140
Logicæ neceſſitas, quæ etiam eius proprietas 27
Luminaria accenſa in funere, quid ſignificēt & cur fiāt. 121
Luminarium accenſorum uſus in ſepulturis 199
Luminarium accenſorum cur ritus in funere, ſecundum Chryſoſtomum 120
Luminarium in funere quis fructus 121
Miſſa quid 65
Miſſæ nomine ſacrificium iam apoſtolorum tempore dici cœpit 66
Mos patriæ in ungendis corporibus mortuorum, ſeruandus eſt 138
Mulier cur in congregatione non debeat docere 24
Mulier in eccleſia docere non debet 23
Myſteria quædam quibuſdam tantum aperienda, cæteris non 16
Nimia ſumptuoſitas ſepulchrorum culpatur 137
Non qualibet doctrina ſcripturæ, cuilibet comunicanda. 13
Paruulis in Chriſto quæ cognitio ſufficit 17
Paulæ ſepultura magnificentiſſima 108
Paulus ad Hebræos Hebraicè ſcripſit 22
Paulus quibuſdam alta, quibuſdam tantum facilia communicabat.

municabat 14
Primogenita, ueſtis erat ſacerdotalis 77
Probatio ex lege euangelica, quòd bonum opus ſit, ſepelire aut ſepeliri iubere corpora mortuorum 95
Pulſus campanarum pro mortuis cur in uſu 141
Quid agendum ubi in antiquitate eſt contrarietas 34
Quadrageſimale ieiunium à Chriſto traditum eſſe 46
Quid ſequendum, ſi pars eccleſiæ ſe à reliquá præciderit. 33
Quid ſi aliquorum uetuſtorum ſententia, communi eccleſiæ ſententiæ contraria, non eſt in conciliis deciſa 35
Quid ſi noua hæreſis penè totam eccleſiam inuaſerit 33
Quomodo ſibi licet ſtruere ſepulchrum 138
Regula chriſtiana, à quibus audienda, & quæ unicuique neceſſaria 17
Sacerdotes & monachos ſepeliendū corpus comitari, antiquus eſt eccleſiæ mos 116
Sacerdotes in lege naturæ tam apud infideles quàm apud fideles ueſtimento ab aliis differebant 76
Scriptura, multa continet non ab omnibus intelligibilia. 2
Scriptura non eſt tota facilis, aperta, & ſui interpres 6
Scripturæ ſenſus à diuerſis uariè ſumitur 32
Sripturæ ſenſus quis catholicus 33
Scripturæ quis uerus, & germanus ſenſus 31
Scripturas ſacras interpretari, non eſt cuiuſuis, etiam linguas ſcientis 22
Scripturas ſacras in uulgarem linguam inuerti non debere 19
Sepelire aut ſepeliri iubere bonum opus eſſe probatur ex lege naturæ & lege ſcripta 94
Sepelire cum periculo uitæ heroicum probatur 97

Sepeliri in templo uel in cœmeterio antiquus mos eccleſiæ 122
Sepeliri ſe clàm iubere nouitas eſt non admittenda 113
Sepulturæ carentia iam beatis non nocet 130
Sepulchra cur aſſeruantur 137
Sepulchra uel monimēta quare fiant, & quid iuuēt. 125
Teſtamento iubere ſe ſecundum eccleſiæ morem ſepeliri, bonum eſt 116
Theologiæ ſtudium quas præexigit ſcientias 28
Tradita per ſcripturam, & per ſolum ſermonem ab apoſtolis, æqualis ſunt autoritatis 43
Traditiones Chriſti & Apoſtolorum cur ſeruandæ 39
Traditionum ſiue ſcriptarum, ſiue traditarum, quædam ſub præcepto, quædam tantum ſub conſilio 48
Veritatis euāgelicæ declaratio, quo ordine & quo modo ad nos deſcendit 32
Veritatis lux ab eccleſia nūquam defecit, cui credita eſt. 37
Veſtimenti genere tam apoſtolorum tempore monachi ab aliis differebant; probatur 82
Veſtimentorum differētia, cur in uariis ſtatibus & profeſsionibus obſeruetur 73
Veſtimentorum differentiæ rationes 74
Veſtis ſacerdotalis aut monachalis eſt proteſtatio ſui inſtituti 75
Viuorum amicorum eſt magis curare ſepeliendi temperatam ſolennitatem, quàm ipſorum teſtantium 116
Vniuerſitatem ſequi in ſcripturæ ſenſu 33

FINIS.

DE SACRARVM SCRIPTVRARVM COMMVnicatione, earumque ſenſu germano.

APoſtolus ſacri flaminis afflatibus actus, perditiſsimos homines in peius errando profecturos, in erroremque miſſuros ediuulgans, ætatis noſtræ miſeriam (qua ſibi diuinum ſpiritum etiam ſceleſtiſsimus quiſque pollicetur: proindéque tam eccleſiæ quàm vetuſtiſsimorum ac recentiorum patrum deſpiciens ſententias & interpretationes, ſibi cenſor ſufficit) prænuntiaſſe, luce clariùs perſpicitur. Siquidem ab errore in errorem proficiſcentes, dum fidem ore tenus celebrare, ac ſupra virtutes cæteras ſic efferre videntur, vt eam ſolam neceſſariam, ſolámque ſufficientem ementientes proferant, eam nimirum è medio prorſus tollũt. Quod enim corruptiſsimo ſuo cerebro ca-

pere nequeũt,quaſi ſolum id verũ ſit quod inſano ſuo ſenſu conceperint,mox ab euangelica veritate prorſus alienum, chriſtianæ veritati aduerſum,vanum, ac ſuperſtitioſum proclamant, licet ſcripturis ſacris innitatur:ab eccleſia catholica iam Apo- *ſtolorum,aut iis ſuccedentium tempore ſit obſeruatum,& ſanctorum illius ætatis patrum ſententiis roboratum.*Proinde *peregrinas,interdúmque blaſphemas ſcripturarum interpretationes ſatanicis afflatibus excogitatas proferunt:aut eas nõ canonicas aſſeuerant, quas ſibi tam apertè ſentiunt aduerſari, vt eis euaſionis locus non ſit relictus. Sacramentorũ etiam abditiſſima myſteria quia non capiunt, explodere contendunt:ſcripturáſque, dum horũ meminerunt, in peregrinum, eundémque pernicioſiſſimum ſenſum contorquent:* Et *quum ſecundum* E*ſaiam.cap.7.non intelligamus niſi credamus,credere nolũt, niſi primum intelligant.*Eccle*ſiaſticis, auitíſq;*

ve-

vetuſtorũ ac ſanctorũ patrũ doctrinis, ac, ſecundũ eoſdẽ, ſcripturarũ interpretationibus credere nolũt: ſibi tamẽ interĩ ſuisq́; ĩterpretationibus aut declarationibus credi, fideq́; adhiberi volũt. Quo fit, vt dũ fidẽ ſibi ſufficere, dicãt, plerũq; nihil in eis minus ſufficiẽs ſit, quã fides: dũq; fides in eorũ ore ſæpius verſatur, nil tã ſemotum ab eorũ cordibus, quàm fides deprehẽdatur. Dũq; catholicæ fidei cõſentire reſpuunt, mox in nouos errores dilabũtur: dũq; ſentẽtiæ ſententiam conferre nequeunt, in erroneã falſámve ſcripturarũ interpretationem prorumpũt. Proinde qui illotis (vt aiunt) manibus ad ſacrarum literarũ tractationem acceſſerunt, non tantum à voluntatis obliquitate in intellectus errores varios profecti ſunt, ſed etiam quàm plurimos in errorem pertraxerunt, dum eaſdem ſcripturas ſanctas mulierculis vaniſſimis, viliſſimis cerdonibus, ac impudiciſſimis quibuſdã ganeonibus tractandas com-

mittentes germani ſenſus vnumquemque cenſoremconſtituunt, & arcaniſſimorum myſterior um, penitiſſimorumq́ue ſenſorũ capacem cenſent: omnes & ſingulos vniuerſa & ſingula quæ ſunt noui teſtamenti noſſe debere: ſcripturam ſacram ab omnibus & ſingulis tractandam perdiſcendámque prædicant. Quibus nimirum è diametro ipſa quoque ſacra ſcriptura, ipſáque veritas occurrit & obnititur. Quod vt planius doceã, propoſitiones iis aduerſantes ſingulatim ſtatuam.

Prima Propoſitio.

Scriptura, multa continet nõ ab omnibus intelligibilia.

Sublimia reconditaque myſteria permulta, quibus ſcatet noui teſtamenti ſcriptura, noſſe ſeu intelligere, non cuiuis fideli datum eſt: & ita nec arcana penitioraque ſcripturæ ſenſa rimari.

Matthæi cap.13. Chriſtus ab Apoſtolis rogatus cur vulgaribus & aliis loqueretur in parabolis, reſpondit, Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni: illis autem non eſt datum. En vt ex Chriſti ſententia populo quem ipſe docebat, & cui legem euan-

euangelicam ediſſerebat (vnde ex iis nõnullos fuiſſe fideles, dubitandum prorſus non videtur) datum non eſſe myſteria regni, nempe vel ſcripturæ, vel eccleſiæ, quæ conueniunt, noſſe: Apoſtolis autem, datum eſſe. vnde Chryſo. in opere imperfecto, locum eum tractans, homil. 31. dicit. Alia eſt gratia quam deus omnibus hominibus cre ando donauit: alia eſt quam non omnibus hominibus, ſed dignioribus & excellentioribus, & electioribus donat. ſequitur. Dominus generalem gratiam, id eſt, intellectum boni & mali omnibus dat pro neceſsitate naturæ: quia nec videmur homines ad imaginem dei creati, niſi habuerimus diuinum intellectum. Dignioribus au tem, dat ſpecialem gratiam, vtputa cogno ſcendi myſteria. hæc ille. Vide igitur vt tã ex Chriſti ſentẽtia, quã Chryſoſtomi illã interpretantis, non omnibus datum eſt ar dua regni dei ſeu ſcripturarum, in quibus ea continentur, myſteria noſſe ſeu capere:

Gratia ĩtelligẽdi myſteria tantũ dignioribꝰ datur.

ſingularisq́ue ac particularis eſt gratia, ea poſſe intelligere: & ita peculiaris gratia eſt eas capere ſententias, nempe ſcripturas, in quibus ea myſteria ſunt inſerta. Hoc *quoque* P*aulus docuit in epiſtola priore ad* Corinth. *quos vt ca.*1. *fideles* & *ſcientes eorum quæ ſaluti neceſſaria ſunt, & eorum conditionem decebant, demonſtrauit dicens.* Gratias *ago deo in gratia quæ data eſt vobis in* Chriſto, *quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo,* & *in omni ſcientia: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia.cap.*3 *.eoſdem altioris doctrinæ non capaces ita docet:* Lac *vobis potiũ dedi, non eſcam: nõ enim poteratis: ſed nec dum poteſtis.*En *quos in Chriſto diuites in omni verbo, & in omni ſcientia, ita vt nihil eis deeſſet in vlla gratia: & ita fideles erant verè chriſtiani, periti eorum quæ ad ſalutem neceſſaria, ſecus falſum eſſet quod* Apoſt. *eis dicit, nihil videlicet deeſſe in vlla gratia eis expectãtibus reuelationẽ do*

mini

mini noſtri Ieſu Chriſti:hos tamē eſcæ ſeu altioris ac difficilioris doctrinæ,cuiuſmodi paßim eſt in epiſtolis Pauli, vt teſtatur Petrus in epiſtola ſua poſteriore,cap.3. nō capaces aſſerit dicens. nondū enim potetatis,ſed neque nunc poteſtis. Et ſi non omnes eiuſmodi forent,ſaltem ad multos ex his, Apoſtoli verba dirigebantur.

Porrò ſi omnes,etiam fideles,cuiuſuis doctrinæ chriſtianæ capaces eſſent, Apoſtolus Hebræis,cap.5. epiſtolæ eorum non diceret.Indigetis vt doceamini quæ ſint elementa exordii ſermonum dei,& facti eſtis quibus lacte opus ſit,non ſolido cibo. Illa elementa exordii ſermonum Dei,ſecundū Seduliū annotationibus in eum locū,ſunt rudia fidei documenta. Lac verò ſecundū Theoph.in eundem locum, humilis eſt ſermo de minimis diſſerens. Hi tamen chriſtiani erant, bonorumq́ue ſuorum ſeu facultatum rapinā cum gaudio ſuſtinuerāt, ſcientes meliorē præſtantioremq́ue ſe ma-

nere ſubſtantiam: idq́ue ob Chriſti cõfeſ-ſionem, vt patet cap. decimo.

Hieronymus *to.5. proœmio in* Ezechielẽ, *ad* Euſtochium: & Proſper *libro tertio de vita contemplatiua, cap. ſexto. dicunt* Hebræorum *fuiſſe traditionem, vt nullus qui nondum triceſimum annum attigiſſet, permitteretur* Geneſcos *principia legere: nec* Canticum Cãticorum: *nec* Ezechielis *exordium, nec finem. Quanto (obſecro)* Ioannis *propemodum totius euangelij ſententias intelligere difficilius fuerit mulierculę, vel externis operationibus prorſum addictis, quũ hic de deitatis maieſtate, altiſſima pœnitiſſimáque ſcribantur myſteria: illic verò de ſenſibilium rerum creatione, maxime de* Chriſti *amore ad ſponſam eccleſiam, aut ad matrẽ: aut quædam de deo, non qualia apud* Ioannem, *agantur?* Proinde *ſæpius fit vt dum hæc incapacibus pãduntur, in eorum cordibus errores pullulent ex ineptiſſimis imaginationibus quas*

Hebræi quædam nõ ſinebant ab omnibꝰ legi.

apud

apud ſe per audita, lectáve conficiũt. Quũ enim vnicuique noſtrûm detur gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, ad Ephe. 4. & ſpiritusſancti gratiæ diſtribuantur ſingulis, prout vult, vni quidem ſic, alij verò ſic: placuit Chriſto totius euangelicæ legis cognitionem primum cordibus Apoſtolorum infundere & inſerere: deinde per eorum prædicationem & doctrinã, aliis quantum vnicuique par erat, cooperando ſermonibus eorum, & doctrinã cõfirmando ſequentibus ſignis. Denique & nũc prædicatoribus veritatis cooperatur, dum eorum doctrinam capit quiuis catholicus, faciendo quod in ſe eſt, & diuinam excipit inſpirationem: quæ inſpiratio regulariter & de lege communi non adimit doctrinam per humana verba aut per aliquid ſimile, imò vel præexigit aut coexigit: imò prærequirit cõmuniter diſpoſitionem per quam capacitas in eo ſit cui ſit. Deus tamen, cui nil impoſsibile, præter legem

Chriſtus quib' euangelij ſenſũ cõtinuò reuelauit: & quib' non continuo.

legem & ſupra communem modum apoſtolis cognitionem euãgelicam inſpirauit: & dum ei placet, quoſdã non capaces, ſpeciali gratia reddit capaces, eiſque inſpirat aut reuelat quædam alta, idque ſine humana doctrina, aut ſciẽtia regulariter requiſita. Luterus, *eiúſque conſimiles, licet primũ ſint proteſtati ab eccleſiæ ſanctorúmque patrum ſententiis, ne latum quidẽ vnguem ſe receſſuros, animaduertentes ſe ſuam hæreſim ſtantibus eccleſiæ patrúmque ſententiis, tutari non poſſe, mox (vt hæreticis vſu venire ſolet, ita ſunt inſtabiles, digreßi à columna & firmamento veritatis) reiectis omnium patrum interpretationibus, ſcripturam ſanctam certißimam non tantũ eſſe: ſed & facillimam, apertißimã ſuiipſius interpretem: & ita omnibus peruiam, omneſque eius capiendæ capaces eſſe, dogmatizare ceperunt.* Quod *vt aduerſetur euangelio,* Chriſtique *doctrinæ,* Petro *qui (vbi ſupra) teſtatur in epiſt.* Pauli

quædã

quædam intellectu difficilia, quæ indocti Scriptura nō eſt tota facilis, aperta & ſui īterpres.
& inſtabiles deprauant, vt cæteras ſcripturas, Paulo quoque prioris ad cor. ca. 2. dicenti, Loquimur dei ſapientiam, quæ in myſterio abſcondita eſt, perſpicuum eſt. Si enim in epiſtolis Pauli quædam difficilia, ergo non eſt tota facillima. Si in ea multa in myſterio abſcondita, ergo non vndequaque apertiſſima. Siquidē, difficile eſſe intellectu, & eſſe facillimum, aduerſantur: nec eidem prorſus conuenire poſſunt. Sic, eſſe abſconditum, & eſſe apertiſſimum ſeu manifeſtiſſimum, aduerſantur. Itémque ſi ſui interpres eſt ſcriptura, ita vt nequeat in varios trahi ſenſus, quo modo factum eſſet vt Arrius, Pelagius, & cæteri, ſcripturæ verbis innixi, eam in varios ſenſus pertraxerint alienos à veritate catholica? In multis igitur eam ſcripturam ſacram non eſſe facillimā, imò difficilem captu, in multis eſſe non apertiſſimam, ſed abſcōditam, non eſſéque ſui omni ex parte interpretē,

*in variósque ſenſus trahi poſſe fateamur, neceſſe eſt.*Nec *ſentiendum cum* Luthero, *eius intelligendæ capaces eſſe fideles vniuerſos,ſaltem* (*vt ſentit*)ex dono *dei ſecũdum promiſsionem ab eo factam.Quod vt perſuadeat,authoritates profert, quibus arbitratur ſuam demonſtrari ſententiam. in primis,Eſa.*54.*cap.* Dabo *vniuerſos filios tuos doctos à domino.Si à domino ſunt ex promiſsione,docendi:ergo non ab hominibus.* ¶Secundò,Hiere.31.*ca.*Non *docebit vnuſquiſque fratrem ſuũ,& vnuſquiſque proximum ſuum dicens,*Cognoſce *dominum:omnes enim ſcient me à minore vſque ad maximum.* In *textu verò ſic habetur.*Non *docebit vltra vir proximum ſuũ, & vir fratrem ſuum,&c.* ¶Tertiò, E*ſai. vndecimo capi.* R*epleta eſt terra ſcientia domini,ſicut aquæ maris operientis.*

¶Q*uartò,*I*oan.cap.*6*. ex præcedentibus* E*ſaiæ &* H*ieremiæ ſententiis ita colligit,* S*criptum eſt in prophetis,* E*t erunt omnes*

docibiles dei. Quem ſententiam Auguſtin. tractans to.9.tract.26.in Ioannem, dicit. Quare hoc dixi ô Iudæi? Pater vos non docuit, quo modo poteſtis me agnoſcere? Omnes regni illius homines, docibiles dei erunt, non ab hominibus audient: & ſi ab hominibus audiant, tamen quod intelligũt intus datur, intus coruſcat, intus reuelatur, homines foris verbum ſonare poſſunt, (ait Beda in eũdem Ioannis locum poſt ea quæ ſunt Auguſtini) ſed in vanũ laborãt, niſi deus intus docens, aperiat ſenſum. Ille eſt dei docibilis, quem deus intus veritatis inſtruit agnitione & amore: rectè ſequitur, Secundum Auguſt. omnes homines regni illius, nempe eccleſiæ chriſtianæ, docibiles dei erunt: Et ſecũdum Bedam, ille eſt dei docibilis, quem deus veritatis agnitione & amore intus inſtruit: ergo oẽs Chriſtiani à deo veritatis agnitione & amore, intus inſtruentur: & ita non opus erit hominum doctrina: eríntque Chriſtiani om

nes

nes & ſinguli capaces euangelicæ veritatis, alias non eſſent omnes docibiles dei.

Quintò, primæ Ioan. 2. *cap.* Non *neceſſe habetis vt aliquis doceat vos: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus.*

Sextò, Matthæi vndecimo ca. Chriſtus ait. Cõfiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: quibus Chriſtus docet myſteria dei reuelata paruulis ſeu ſimplicibus ſecundum ſeculum: et ita lanarij, ſuppactores, mulierculæ, pueruli, & huiuſmodi, ſibi diuinũ ex Chriſti confeſſione pollicentur ſpiritum, quo capiendorum omnium quãtumuis difficiliũ mox capaces fiant, imò penitiſſima reconditiſſimáque ſacræ ſcripturæ ſenſa: eorúmq; ſinceram veritatem à deo ſibi ſolis reuelari palã aſſerere, permulti non verecũdantur.

Ad has igitur obiectiones reſpondeamus par eſt. Ad primam. Conſtat ex ipſo textu, per ea quæ continuò præcedunt,

hæc

hæc non in hac via,ſed in cæleſti Hieruſa*lem implenda.*Siquidem *ita habetur.* Iura*ui vt non iraſcar tibi:& non increpem te. ſequitur tandem.*Ecce *ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſaphyris,& ponam iaſpidem propugnacula tua,&c.*Mox *ſequitur.*V*niuerſos filios tuos doctos à domino,&c.*Perſ*picuũ eſt autem illa præcedentia non poſſe intelligi de vita iſta,niſi vellet quis conſentire ſomnio* Iu*dæorum aliquot,fingentium ſuum Chriſtum hic mille totos annos eis ſic aurea tẽpora,quibus omnigenis deliciis citra dolorem, vel calamitatem vacaturi ſint,relicturum.*Q*uod quantum ſit alienum à veritate cuiuis catholico perſuaſum eſt.Sunt ergo intelligenda ſic, vt quod per ea ſignificatur,ſit implendum in ſuperna illa* Hieru*ſalem,quæ eſt eccleſia triumphans: in qua filij eius,doctore opus non habebunt alio à deo,quum in ipſo deo ſeu in verbo ac eſſentia diuina,ſic vniuerſa edocebuntur à deo,*

vt in-

vt in immenſum clariùs & perfectiùs ea videant, quæ deus voluerit ab eis videri, quàm à quouis doctore poßēt edoceri, vel res ipſas in genere proprio intueri. Præ*cedentia autem non poſſe intelligi de vita hac mortali, conſtat per hoc quòd dicit ſe non amplius increpaturum, nec iratum futurum, &c. quum in nos deus quotidie iraſcatur ob peccata noſtra: nos quoque bellorum, peſtis, famis, & aliorum flagellorū ſuorum incußionibus increpet.* Implebitur *autem quū erit in illa quæ ſurſum eſt mater noſtra* Hieruſalē, *id quod &* vidit Io*annes in* Apocalypſi *ſua, cap.* 21. Ecce ta*bernaculum dei cum hominibus, &c.* Et *mors non erit vltra: neque luctus, neque clamor, &c.* Id *quoque quòd in* Saphyris *& aliis precioſis lapidibus ſit eam fundatùrus, ex eodem* 21. *cap.* Ioannis *in eccleſia triumphante complendum liquidò cōſtat.*

Ad *ſecundam dicitur id quodam modo impletum, dum in die* Pentecoſtes *in diſcipulos*

pulos diffuſus eſt ſpiritus ſanctus, & lex euangelica eorum cordibus inſerta: nõ tamen completè id fiet hic, ſed in beatitudine. Quod compertiſſimum eſt ex eo quòd & ij qui etiam in primitiua eccleſia fidem & baptiſmum & ſpiritum ſanctum receperant, rurſus ac fermè quotidie per apoſtolos Chriſti & alios ab eis inſtitutos docebãtur. Alias fruſtrà Paulus *ad eos ſcripſiſſet docẽs eos adhuc: ac ad* Hebræos. 5. *dicens, eos opus habere vt rurſus edocerentur quæ eſſent elemẽta exordij ſermonum dei.* Fruſtrà *quoque moneret* Timotheum *in priore epiſtola eius, capitib.* 4. *&* 6. *vt fideles ſeu ſubditos ſuos doceret: nec* Apoſtoli, *ſuos diſcipulos iam fideles docuiſſent: nec alicui fideli nunc prædicãte, vel libro opus eſſet: quum quiuis prædicans frater ſit, & omnes cognoſcerẽt dominum à minimo vſque ad maximũ.* Non *denique tot tãtisque laboribus, fideles ad ſanctarum ſcripturarum intellectionẽ in-*

dulgerent:nec fideles (de quibus A*ctuum 15. cap.) vt edocerentur veritatem huius. an cum* Euangelio, *neceſſaria eſſet legalium obſeruatio,ad* Apoſtolos & *maiores natu* Hieroſolymam *adiiſſent. Viri enim erant* Apoſtoli: *& tamẽ adhuc proximos ſuos &* Chriſtianos *fideles fratres ſuos docuerunt tunc, & ſæpiſsimè quũ partem hanc inter fideles ſibi delegiſsẽt, vt orationi & miniſterio verbi inſtantes eſſent.*

Ad *tertiam.dicitur ſcripturam eã impletam eſſe,dum* Apoſtolorum,*eorũ quoque diſcipulorum prædicationis ſonus in omnem terram exiens, depulſis tenebris ignorãtiæ, quæ totam fermè terram operuerant,pene totum orbem perua ſit, domini cognitionem ingerẽs. nõ tamen quin poſtmodum fidelis fidelem alium docuerit, vt præmonſtratum eſt.*

Ad *quartam.*Fatemur *quidem omnes fideles* Chriſtianos *iam excretos eſſe docibiles dei; & à deo doceri per internam inſpi-*

inſpirationem: quod inſpirari, hic nominatur per id quod eſt doceri: niſi enim ſic edoceremur, ſonus vocis prædicantis, aut alias docentis exterius, in vanum laboraret, vt ibi ait Beda: *ac ſecundum* Auguſtinum, *vbi ſupra ſi fideles ipſi ab hominibus audiant, tamen quod intelligunt, intus datur, intus reuelatur.* Proinde Paulus *ad* Epheſios *ſecundo, ait fidem (quæ dei eſt agnitio) dei eſſe donum.* Non *tamen ſequitur quòd ſi fideles omnes ſic à deo doceantur & inſpirentur interius, quin per alios externa ſenſibilíque voce doceantur, vt oſtenſum eſt prius de iis, quos* Apoſtoli & *cæteri, eorúmque ſucceſſores docuerunt. multa quoque docentur, ac vni reuelantur, quæ non reuelantur interius vel exterius alij.* Et *ſi omniũ quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, ſint omnes fideles docibiles, & dei quantum neceſſe eſt ſibi, cognoſcẽdi per inſpirationem internam accedentẽ*

externè, capaces: non tamen omnes & ſin guli, omnium & ſingulorum quæ in ſcripturis ſanctis continentur, capaces ſecundum proximam diſpoſitionē, cenſendi ſunt vt præmonſtrauimus, & diffuſius in ſequentibus videre erit, dum oſtendemus nō omnium quæ in ſcriptura ſunt, expreſſam cognitionem cuiuis neceſſariam: ſed quibuſdam communiorū expreſſam fidem ſufficere. ¶*Quod autem prædictam* Chriſti *ſententiā.* Et *erunt omnes docibiles dei, ſicut ſcriptum eſt in* Prophetis, *aiunt quidam ex præcedentibus* Eſaiæ & Hieremiæ *ſententiis deſumptā, non placet aliis.* Vnde Roffenſis *cenſet magis eam delectam ex aliquibus ſcripturis veteris teſtamenti, quæ nobis non ſuperſunt, quàm ex illis* Eſaiæ & Hieremiæ *ſententiis, quum illas de vita hac intelligi nō poſſe docuerimus, hanc tamen* Chriſtus *de vita hac agentem citauerit.*

Ad *quintam.* Ioannis *verba catholi-*

cis

cis Chriſtianis dicta ad eos firmandos & muniendos aduerſum hæreticos, teſtantur Beda, Lyranus *& cæteri patres: ita vt velit* Ioannes, *quomodo natura nõ deficit in neceſſariis, multo minus autor naturæ, quique ſupra naturam, vbi non adeſſent homines, qui ſimplices docerent, dum hæretici graſſantur & fidem ſubruere cõtẽdunt, modo illi ſimplices verè fideles ad deum conuertantur inſtanter diuinam poſtulãtes directionem, vel interiori, vel exteriori reuelatione: aut alias per ſe aut per alium eos docebit de omnibus eis ad ſalutem neceſſariis, ſecundum eorum conditionem & ſtatum.* Et *ita non vult catholicorum concionatorum prædicationem, & ſanctorum doctorũ ſanctã fructuoſamq; doctrinam contemni, quum ea ſit dei doctrina, imò vt ſuam, quam ipſi recipiebãt, ſic cæterorum catholicorũ doctrinam volebat ab iis auidè ſuſcipi audiríque.* At *vbi poſtmodum deeſſent tales, nõ arbitrarentur,*

rentur ijſe omnino derelictos, & neceſſa rio deſtitutos auxilio, quibus vnctio, ſeu ſpiritus ſanctus quod in ſe eſt facientibus, non eſſet in aliquo defuturus, imò tunc de omnibus eis ad ſalutem neceſſariis eos inſtructurus: ſicque in neceſſariis, vbi fecerimus quod in nobis eſt, non ita neceſſe ha bemus, vt quis doceat nos, quin aliunde doceamur: quia vnctio quam in baptiſmo accepimus, nempe ſpiritus ſanctus, docebit nos de omnibus nobis ad ſalutem neceſſariis. Non *autē faceret ſimplex, quod in ſe eſt, ſi neglectis catholicorum concionibus & eccleſiæ doctrina, ſacrarum ſcri pturarū ſenſus ſe capacem arbitraretur, eísq; ſine cæteris præuiis operā daret. Sic nec alius qui contēptis ſanctorū patrū ſen tētiis, quas ſpiritu ſancto afflati memoriæ nobis prodiderūt, ex proprio cerebro ſcri pturarū germani ſenſus ſe capacē exiſtimat, & ſecundū propriū ſenſum interpre tari vult. Ad ſextā. reſpōdetur ſecundū*

Hiero.

Hiero.cõment.in eũ locũ.Chriſtus iis verbis gratias agit patri,exultat quòd quum meritò Scribis & Phariſæis(qui ſibi ſapiẽtes videbãtur)ſacramenta ac myſteria ſua abſcõdiſſet,ſeu nõ detexiſſet:ea tamẽ Apoſtolis ſuis,qui ſecundũ exiſtimationẽ propriã paruuli erant,reuelauit. Paruuli autẽ hac noſtra ætate non ſunt Luterani,nec turlupini,qui ſe tanti faciunt,támque ſapientes exiſtimant, vt nec Auguſtinum, nec Hieronymum, nec Gregoriũ Naziãzenũ, nec Cyprianũ, nec Irenæũ,nec aliũ quempiam ſanctorum patrum ad eam putent pertigiſſe ſapientiam,qua ſe ornatos cenſent: ſibique magis quàm illis fidem adhibendam aſſerunt. Hi non paruuli, ſed apud ſe maximi ſunt: ideo iure optimo, quia ſupra modum ſibi ſapientes videntur,iis deus abſcondit ſeu non reuelat ſua myſteria,permittítq; in varios errores dilabi excæcariq;,Proinde Theoph. enarrans eam ſententiam,dicit.Deus,propter

magnam ſuam miſericordiam, eis non reuelat plura myſteria, ne magis puniantur, quia aſpernantur ea quæ didicerunt. Sic quia Neochriſtiani quæ à ſancta matre eccleſia didicerāt myſteria contēnunt, ne ſi plura agnoſcerent, & demum aſpernarentur, grauiori ſupplicio digni fierent, deus ad eorum myſteriorum intellectionem, ipſorum interiores oculos nō aperit: ſicque eis abſcōdere dicitur: qui ſi poſt modum in veritatem catholicam blaſphement, iis ſolis culpæ aſcribendum eſt, quū eccleſiæ poſsint iudicio ſtare, cæteráque præſtare, quæ ſi feciſſent, à deo non relinquerentur: nec labi in errores permitterentur. ¶ Dum in reſpōſione ad quartum argumentum dixi nō omnes ſecundū proximam diſpoſitionem eſſe capaces ſcripturarum intelligendarum: omnes tamen ſecundum Ioānem eſſe docibiles dei, in pauca conferebam doctrinam & declarationem primæ noſtræ propoſitionis: qua quidem

dem declaratione facilis ad omnes Luthe ranorum obiectiones ſoluẽdas, via patet. Ideo epilogi loco diffuſius id elucidandũ cenſui. Secundũ remotã diſpoſitionẽ, ſunt oẽs adulti mẽtíſq; cõpotes capaces: quũ ea remota diſpoſitio cõſiſtat in eo quod eſt habere intellectũ ac rationis vſum: qui intellectus poteſt ſupernaturaliter à deo p infuſionẽ excipere cognitionẽ ſeu intelligẽtiam ſcripturarum. Cum eiuſmodi diſpoſitione, Apoſtoli in die Penthecoſtes à deo ſcripturarũ & Euangelij cognitionẽ aut in toto, aut in parte ſuſceperũt. Sic alij patres quidã progreſſu tẽporis exigẽte neceßitate ad veritatis declarationẽ: Sed ij q tã animi ſubmißione & cõtinentia florebãt, quàm omnigena alia morũ integritate: non autem eccleſiæ maiorúmque ſuorũ contemptores, apoſtatæ, fedefragi, & omni impuritate defluentes: Siquidem hos effugit ſpiritus ſanctus, nec hos inhabitat. Apoſtolis igitur eorúmque imitatoribus

Capacitas remota quæ.

ribus, quibuſdam in eccleſia cũ ea ſola diſ-poſitione datũ eſt noſſe myſteria regni dei: cæteris nõ eſt ſic datum: ſed tãtum his qui etiã diſpoſitione proxima inſigniũtur: quæ addit ſupra remotã, id quod eſt, quaſdam præeuntes ſciẽtias aſſequutũ eſſe, & aſſiduo ſtudio, cõtinuáque lectiõe exercitatos habere ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali: ſeu veri orthodoxíq;, & falſi erroneiue ſenſus. Hac *proxima diſpoſitione redimiti per ſcripturas ſacras, ſanctorũq; doctorũ expoſitiones & ſcripta: per eccleſiæ catholicæ ſanctiones & declarationes, poſſunt citra infuſionẽ ſpecialẽ noſſe myſteria regni dei: ſeu ſublimia recõditáque myſteria quibus ſcatet ſcriptura ſancta.* Hac autẽ *proxima diſpoſitione non omnes, ſed perpauci gaudent.* Hæc *amplius per alias propoſitiones patebunt.*

Capacitas proxima.

Secunda propoſitio.

Nõ quælibet doctrina ſcripturę cuilibet cõmunicanda.

Nõ cuiuis chriſtiano quantũuis fideli, citra diſcrimen, quælibet doctrina fuerit aperienda proferendáque, vel communicanda.

Etiam

Etiam ſi iam iiſdem quibus præcedens, & hæc ſatis probari videtur ſentẽtia, quũ non ſit incapacibus adminiſtranda doctri na, quædã tamen ſuperioribus accedent. Apoſtol. *prioris ad* Cor. *cap.* 2. Quũ *veniſ ſem ad vos, veni nõ in ſublimitate ſermo- nis aut ſapiẽtiæ annuntiãs vobis teſtimo- niũ Chriſti. Nõ enĩ iudicaui me ſcire ali- qd inter vos, niſi* Ieſum *Chriſtũ, & hunc crucifixũ.* Et vt *doceat ſe cũ quibuſdã quæ dã ſublimiora depromere, mox ſubdit, Sapi entiã loqmur inter pfectos: ſapiẽtiã nõ hu ius mũdi, ſed quæ ĩ myſterio abſcõdita eſt. Origenes homi.* 4. *in* Leuit. *eas* Pauli *ſen tẽtias obiter tractãs, dicit, Aliis indumen tis vtitur ſacerdos dũ eſt in ſacrificiorũ mi niſterio: & aliis quũ pcedit ad populum.* Hoc *faciebat* Paul. *pontificũ doctiſſimus, & peritiſſimus ſacerdotũ.* Qui *dũ eſſet in cœtu perfectorũ, tanquã intra ſancta ſan- ctorũ poſitus, & ſtola perfectiõis indutus dicebat. Sapiẽtiã loqmur inter perfectos:* Paulus quibuſdã alta, quibuſdã tã tũ facilia cõmunicabat.

ſapien-

ſapiẽtiã nõ huius mũdi, ſed ſapientiã quæ in myſterio abſcõdita eſt. Sed poſthæc tãquã ad populũ exiẽs, mutat ſtolã, & alia induitur lõgè inferiore quã illa. Et *quid dicit?*Nihil *aliud (inquit) iudicaui me ſcire inter vos, niſi* Ieſum Chriſtum, *& hunc crucifixũ.* Vides *hũc doctiſſimũ ſacerdotẽ, quo modo indutus ſit? Quũ eſt iturus inter perfectos velut in ſancta ſanctorũ, alia vtitur ſtola doctrinæ: Quum verò exit ad eos qui incapaces ſunt, mutat ſtolã verbi, & inferiora docet:*Et *alios lacte potat vt paruulos, alios oleribus nutrit vt infirmos:* Alius *verò fortes præparat cibos, his ſcilicet qui pro poſſibilitate ſumendi exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni & mali. Sic ſciebat* Paulus *mutare ſtolas, & alia vti ad populum, alia in miniſterio ſacerdotum:* hæc ille. En *vt patet tã ex textu quàm ex* Origenis *ſentẽtia eum tractantis,* Paulum *alia doctrina vſum ad eos qui perfecti erant & capaces, ex eo*

quo

quo ſenſus habeant exercitatos ad diſcretionem boni & mali. Alia quidem nõ contraria aut aduerſa quouis modo: ſed alia, quia altior & abditior. Dũ autem ad populum procedebat prædicaturus & ipſum docturus, alia lõge inferiore vtebatur doctrina. Proinde quoſdam tanquam paruulos, lacte ſeu inferiore & vulgariore doctrina ſpiritualiter alebat: Quoſdam iam non paruulos, ſed tamen infirmos, oleribus ſeu mediocri fouebat doctrina: Quoſdam tanquam perfectos & capaces ex aſſidua verſatione, & prærequiſitorum antecedẽte cognitione, ſolidioribus cibis, ſeu altiore reconditioréque doctrina nutriebat. Et ita docebat exemplo, penitiorẽ, altiorémque doctrinam non omnibus communicãdam: nec eius omnes eſſe capaces. Idem quoque Origenes, to. 3. lib. 8. in epiſtolam ad Romanos, tractans id. Et quidẽ in omnem terram exiuit ſonus eorum, dicit de Paulo, qui alıubi ſe Apoſtolum &

præ-

prædicatorem nominat. Apoſtolus & magiſter gentium: in quo Apoſtolus generalis officij nomen indicat, qui non tantum prædicet: ſed & doceat. Prædicet quidem ſimplicem fidem, vt illis quibus ait. Nihil aliud iudicaui me ſcire inter vos, niſi Ieſum crucifixum. Doceat verò eos quibus dicebat. Sapientiam loquimur inter perfectos: hæc ille. Quibus apertè docet exemplo Pauli, quibuſdam tantũ quæ ſunt ſimplicis fidei, & morum: aliis etiam altiora vel in prædicatione, vel alias eſſe miniſtrãda ſeu communicanda.

Fides ſimplex eſt prędicanda: altiore doctrina docẽdi ſunt ꝑfectiores

Idem to. 1. ho. 5. in numeros dicit. Si quis ex his qui miniſtrant deo, dignus eſt diuina capere & videre myſteria, ad quæ contuenda cæteri minus capaces ſunt, hic Aaron vel filius Aaron eſſe intelligatur, qui poteſt ingredi ad ea, quæ adire aliis fas non eſt. Sequitur. Sciat is non ſibi tutũ eſſe aperire ea, & pandere quibus non licet pandi: ſed operire debet ſingula, & operta

operta cæteris minus capacibus tradere portanda in humeris.Quum igitur erudi-ti doctores opera populis iniungunt, & plebs agit quæ mandantur, non tamẽ eorum quæ agit intelligit rationẽ,tunc ſancta ſanctorum operta portantur ſuper humeros. Hæc ille. *Vbi diffuſe docet* Origenes,*vt ad ſancta ſanctorum ingredi nõ licebat,nec arcam,manna & cætera quæ illic erant recondita cõtueri,niſi ſtatutis & peculiaribus viris: ſic ad ſcripturarũ abdita ſenſa vel audienda,vel ſpeculanda,aditum non patere ſingulis & omnibus indiſcriminatim: at ſelectis, ad ídque capacibus,ea retegẽda:* Dúmque *periti doctores* & *præpoſiti, quædam plebi mandant facienda,non neceſſarium eſſe,plebẽ eorũ quæ agit rationem noſſe: eáque interim ab illa non minus agenda. Siquidem tutum non eſt capienti illa recõdita myſteria, ea cæteris non capacibus retegere.* Huic *ſi forſan quis nõ credit,* Pauli *ſequatur exẽplum:*

Myſteria quędam quiquſdã tantum aperienda,cæteris,non.

plum:imò & Chriſti qui plebi loquebatur in parabolis: Apoſtolis autem, regni myſteria reſerabat. Ambroſius quoque cõment.in Paulum, in id prioris ad Corinth. cap.3 Lac vobis potum dedi: ſed neq; nũc poteſtis. dicit de Paulo. Hic valde arguit temeritatem illorum qui querebantur dudum ſe non audiiſſe ſpiritualia, quum adhuc digni non eſſent audire. Pſeudoapoſtoli enim promiſcuè omnibus vno atque eodem genere tradebant, nullius perſonã diſcernẽtes, vt acceptabiles fierent per hypocriſim commendati, quum cõſtet Chriſtum dominum aliter populis, aliter diſcipulis interfatum: & inter apoſtolos fuiſſe diſtantiam. Tribus enim diſcipulis gloriã ſuam in monte oſtendit, dicẽs eis vt viſum tacerent, quandiu à mortuis reſurgeret. hæc ille. Si Paulus eorum quos diuites in verbo, & in omni ſcientia in Chriſto, ita vt nil eis deeſſet in vlla gratia, temeritatẽ arguit, dum querelas agebant, quòd ſpiritualia

Chriſtus aliter Apoſtolis, aliter aliis loquitur, quędã quibuſdam apoſtolorũ pãdit, cæteris verò nõ.

tualia non audiebant, quanta eorum eſt cenſenda temeritas, qui ne primam quidẽ omnium Euangelij Ioannis ſententiam ſibi propoſitã ac interpretatã capere queunt: nec epiſtolarum Pauli primæ & nouißimæ principia planè ſatis intelligere: queruntur tamen quòd ab earum vernacula lectione prohibeantur, aut auditu, quum Chriſtiani ſint, ibi conſcriptam ſuã regulam ediſcere velint. Quibus reſponſum ſit. Idem à verè Chriſtianis prælatis & principibus fieri ſibi, quod olim à Paulo iis quos docebat. Siquidem quid vnicuique cõmodum eſſet expendens, vt pius pater paruulis in Chriſto facilioris doctrinæ, & ad vitã neceſſariæ, quaſi lactis potum ſuppeditabat: ſapientiam autẽ loquebatur inter perfectos, nẽpe inter eos qui lõga iam in literis exercitatione, & præceptorum præeuntibus inſtitutionibus pro ipſa conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali: quibus

ſolidiorem etiam abditorum myſteriorum cibum adminiſtrabat. Nimirum ij quãtum ad cognitionem in Chriſto, ſunt regulariter paruuli, qui nondum ſatis longa exercitatione in literaria palæſtra, nec peritorum ac verè Chriſtianorum præceptorum catholicis inſtitutionibus imbuti ſatis, exercitatos habeant ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Proinde quum ſatis inter bonum & malum, verum & falſum diſcernere nondum valeant, ſuam regulam audiãt ab iis qui verè Chriſtiani catholicíq; norunt quid vnicuique cõueniat, quídque neceſſarium.

Regula chriſtia. à quibus audiẽda & quę vnicuiq; neceſſaria.

Non enim omnium quæ vel in Euangelio vel Apoſtolorũ ſcriptis prodũtur, agnitio cuiuis Chriſtiano neceſſaria. Cõmuniorum enim articulorum expreſſa cognitio, & altiorum implicita, paruulis in Chriſto ſatis fuerit, niſi ex cõditione ſua ſint ij, qui pro ipſa quoque conſuetudine exercitatos debeant ſenſus habere ad diſcretionem boni & mali, cuiuſmodi

Paruulis in Chriſto q̃ cognitio ſufficit. Articulorum fidei expreſſa cognitio quib⁹ eſt neceſſaria,

modi ſunt quibus Paulus Act. 20. *dicebat: Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo epiſcopos vos poſuit ſpiritus ſanctus regere eccleſiam. Hos nimirum iam pro ipſa conſuetudine exercitatos habere ſenſus, ſaltem exerceri ad diſcretionem boni & mali conuenit. perfectorum enim vt ſolidus eſt cibus: ita eosq; ad perfectionis ſtatum ſublimati ſũt, deceret ſolidi cibi capaces eſſe.* Porrò ſi Ambroſius *pſeudoapoſtolos taxat & arguit, quòd omnibus promiſcuè, nullius perſonam diſcernẽtes, vno eodémque genere tradebant, ſeu prædicabant aut docebant, vt grati fierent, quantum nunc inſimulãdi taxandíq; pſeudochriſtiani, qui vt populi, mulierúmque fauorem ſibi concilient, citra diſcrimen vllum, quamlibet ſcripturam ſacram, quantumuis difficilem, quantumlibet ardua cõtinentem myſteria, rudiſſimis etiam lanariis, & canicidis: mulierculis & adhuc ferme lactẽtibus puerulis tradunt, modò vo-*

cali cõcione, modò idiomate vernaculo cõ ſcriptam. Exinde *nimirum errandi anſam multi ſumunt : propter quod* Petrus *in poſteriore ſua epiſtola, capit.* 3. *queritur, notátque neochriſtianos eiuſmodi ſic*: Sicut *& chariſſimus frater noſter* Paulus *ſecundum datam ſibi ſapientiam ſcripſit.* vobis, *ſicut & in omnibus epiſtolis loquẽs in eis de his in quibus ſunt quædã difficilia intellectu: quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditionem.* Gregorius *itẽ* Nazianzenus Hieronymi *quondã in theologia præceptor, cuius apud* Græcos *tanta fuit autoritas* (vt vult Trithemius) vt *nec ipſi quidem eius aduerſarij doctrinæ* vel *ſcriptis illius auderẽt cõtradicere, lib.* 1. *de* Theologia, *noſtrã ſẽtẽtiã apertiſſimè confirmat, dicens*: Non *cuiuſuis eſt de deo diſputare. ſequitur*: Non *id quouis dicere tempore, neque apud omnes, neque de omnibus: ſed eſt quãdo & apud quos id fieri*

conue-

conueniat. En vt ait diſputare de deo,ſeu diuina tractare,nõ tãtũ nõ eſſe cuiuſlibet, verũetiã ea diuina myſteria quibus plena eſt ſcriptura,nõ eſſe apud omnes ,ſed tantum apud quoſdam,& ſtatuto tẽpore tractãda ab iis,quorum eſt ea tractare.

Theophylactus enarratione in priorem ad Corinthios, in id quarti cap . Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorũ dei,ait:Quũ diſpenſatores myſteriorum appellat, doctores indicat: qui non debent temerè dei ſermonem omnibus impartiri:ſed tempus per hos opportunum, & modus ſeruandus eſt, quum illum impertiunt.Quinetiã nec ipſa myſteria ſunt cunctis aperienda: nõ enim prudentis eſt viri, vel credita rectè diſpenſantis, paſſim illa & ſine delectu omnibus patefacere.hæc ille , quibus noſtram ſententiam luce clarius confirmat. Lutherus ergo & Eraſmus in vulgarem ſermonem ſacras literas, abditiſſimis

Scripturas ſacras in vulgarem linguã ĩuerti nõ debere.

 myſte-

myſteriis reſperſiſſimas inuertẽdas, & ita citra delectum omnibus impertiendas dogmatizantes, prudentium virorum, & credita rectè diſpẽſantium officio functi nõ ſunt. Sic *tamen, quod cupiebant, magna exparte ſunt aſſequuti: nempe vt multos poſt ſe abducerent diſcipulos, & in ſuas ſententias ſeu in ſuos errores pellicerent aut pertraherent.* Et *ſi aliquando à* Hieronymo *literas ſacras in vulgarẽ linguã, nempe in* Dalmaticam *inuerſas legamus, non tamen rectè colligitur ita nunc faciẽdum propter innumeros abuſus, quos in* Begardis, *Valdẽſibus &* Turlupinis *maiores noſtri experti ſunt,* & *hoc tempore noſtro quotidie experimur.* Nonnihil *vno tẽpore faciẽdum eſſe dignoſcitur, quod alio ex cauſa prætermittendum deprehenditur.* Proinde *olim ad martyrum ſepulchra viri, vxores, pueri, puellæque, monachi, virginẽſque ſacræ nocturnis vigiliis vacaturi concurrebant, cáſq;* Hieronymus *aduerſus*

Aliqua vno tempore facienda, alio tempore omittẽda.

uerſus Vigilantium, epiſtola quæ incipit. Multa in orbe. velis & remis defendit & tuetur: at vbi iis multos abuti deprehenſum eſt, & ſub pietatis vmbra, horrenda nonnunquam admitti flagitia viſa ſunt, eæ prorſum ſublatæ ſunt. Vnde Elibertinum concilium, cap. 35. ſuorum decretorũ, ait. Placuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio peruigilent: eo quòd ſæpe ſub obtentu orationis, ſcelera latenter committant. Propter abuſus igitur in eiuſmodi vigiliis deprehenſos, iam à plurimis annis omnino ſublatæ ſũt. Sic, vt videtur dicere Euſebius Cæſari. li. 6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 33. ſacrum Chriſti corpus ſub ſacramento, dabatur in manus: quod ſecũ quiſque domum portabat, ſumpturus quũ luberet. at vbi à multis indignè tractari cõpertum eſt, eóque nonnullos plærunque abuti, temperatum eſt à ſic dominico corpore tradendo. Ita licet aliquando vbi nõ apparebat periculum, ad tempus in Dal-

maticam linguam ſacræ literæ verſæ ſint poſt nõ modo periculorum multorum experientiam: verum quoque poſt grauiſsima exinde ſuſcepta damna, meritò in vulgarem linguam inuerſarum ſcripturarum ſanctarum communis vſus prohibetur.

N*imirum dum eas, earũ ſenſus (in quo conſiſtit* Euangelium, *& nõ in cortice verborum) non capaces multi legunt, execrãdos errores confingunt, & in ſpurciſsimas blaſphemias prorumpũt.* Proinde *factum eſt à paucis diebus, vt viliſsimus quidẽ ganeo, mente, corporéque totus ſcabidus, ex* Ioannis *textu non intellecto ſe & vnumquenque* Chriſtianum *deum eſſe: ſuã quoque naturam, diuinam eſſe, nilque eam aliud eſſe ab vnoquoque* Chriſtiano *pariter aſſereret.* Hi *quoque, vt cæteris facilius, propter ignorantiam, labuntur: ita ſemel lapſi, longè difficilius cæteris, reuocantur.* Item *quod ab* Eraſmo *profertur philoſophiam multarum hæreſum parentem*

rentem

rentē fuiſſe:nec tamen ab ea legēda quiſpiam arcetur,non facit pro eo. Siquidem nec paßim ea euulgatur: nec ad eius lectiones citra diſcrimen pueros mulieréſque recipit eccleſiæ conſuetudo. Quod ſi etiam fieret,non ita tamē de ſcriptura ſacra. Quicquid enim hæc continet,vt diuinum oraculū obuijs vlnis excipiēdū,catholicus hæſitat nullus. At philoſophorū doctrinā nemo niſi prorſum mēte captus, vt diuinum oraculum obſeruādā putat. Hominū enim,qui & errare & decipi queūt, doctrina eſt. Obijciunt rurſus. Hieronymi & Auguſtini & cæterorū patrum temporibus dum Euangelium maximè floreret,ad ſacrarūlectionem literarum paſſim mulieres admiſſas fuiſſe.id compertiſſimū eſt ex ipſorum patrū epiſtolis & varijs tractatibus ad eas miſſis. Reſponſum ſit eis continentiſſimas, mūdi contemptrices perfectiſſimas,& probatiſſimis moribus fuiſſe mulieres huiuſmodi:quæ præeūtes

tes doctrinas nouerant ſanctos doctores non aſpernabantur, ſed venerabantur & in omnibus conſulebant eos, proprio ſenſui non innixæ: nec carnalis erant libertatis cupidæ, ſed ſpiritualis: ideo nihil periculi erat talibus ſcripturas ſanctas omnes communicare. Cæteris autem quibus virtutes illæ non aderant, & quibus ex ſcripturarum contrectatione periculum immi nebat, non paßim communicabantur. Ita quoq; ſi nunc tales agnoſcerentur quales illæ ad quas Hieronymus *&* Auguſtinus *ſcribebãt, liceret quidem. At ferè nũc vna quæq; cõtemptis doctoribus, propriũ ſenſum ita ſequitur, vt diuinum ſibi ſpiritum polliceatur. Plurimæ carnalis libertatis cu pidiores quàm ſpiritalis: & ita periculoſum fuerit illis ſacra contrectare quũ per interpretationem peruerſam, de euãgelio Chriſti faciant euangelium hominis vel potius diaboli.*

Tertia Propoſitio. Non

Non cuiuſuis eſt, etiam latinè, græcè, vel hebraicè ſciẽtis, ſacras interpretari ſcripturas: ſeu de germano earum ſenſu cenſorem eſſe.

Scripturas ſacras interpretari, non eſt cuiuſuis, etiã linguas ſcientis.

Huius ſententiæ veritas ex præcedentium demõſtratione ſatis eluceſcere poſſet. Siquidẽ Paulus ad Corinthios græcè ſcribens, & ita ad aliquos ſaltem græcè ſciẽtes, dicebat eos nõdum ſolidi cibi capaces. Sic ad hebræos hebraicè ſcribens (vt teſtãtur, Clemens Alexandrinus in primo libello, qui apoſtolorum tẽpori vicinus: & Euſebius Cæſarienſis lib.6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap 11.) dicit eis cap.5. Quum deberetis eſſe magiſtri, rurſum indigetis vt doceamini quæ ſint elementa exordii ſermonũ dei: & facti eſtis quibus lacte opus ſit, nõ ſolido cibo. En vt eos dicit factos eſſe quibus lacte ſit opus & non ſolido cibo: egereq́; vt doceãtur quæ ſint elemẽta ſeu rudimenta exordii ſermonum dei, qui iam debuiſſent eſſe magiſtri: & ita ad quoſdã ex iis qui propter tẽpus (vt ait) quo literis operam

Paul⁹ ad hæbreos hebraicè ſcripſit.

operam dediſſent, aut ſedulò nauare debuiſſent, iam tam periti debuerant eſſe, vt alios docere poſſent. Quum igitur illi magiſtri nõ eſſent, quales propter tẽpus eſſe debuerant, iam verò ſimillimũ eſt eos hebraicè noſſe ad quos hebraicè ſcribebat. Siquidem hebræi qui hebraicè nõ norant, non ita veniebant arguendi quod rurſum indigerent vt docerẽtur quæ eſſent elemẽta initii ſermonum dei, quum iã debuiſſent eſſe magiſtri, vt qui inter eos hebraïci ſermonis periti eſſent. Hi enim legẽ hebraicè conſcriptam legentes, apoſtolorúmque cũ cæteris doctrinam audientes, magis quæ Christi ſeu dei ſunt noſſe debuerãt & eſſe magiſtri, quã hebraicè neſciẽtes. Quod ſi magiſtros oẽs eſſe debere proferat quis, quo modo magiſtri omnes eſſe debeant aut queant, quum magiſter non ſit ſine diſcipulo? Si omnes magiſtri, cuius diſcipuli magiſter erit eorum omnium nouiſſimus ac imperitiſſimus? Si enim omnium imperitiſſimus

tiſſimus

tiſsimus, quem habebit diſcipulũ docẽdũ? nimirum præceptorem ac magiſtrum ſuo diſcipulo quem edocendum habet, doctiorem eſſe par eſt. Porrò *ſecundum* Paulum, *qui magiſtri ſeu doctores eſſe debuerant propter tempus, egent vt doceantur quæ ſint rudimenta initii ſermonũ dei: factiq; ſunt quibus lacte ſit opus, & nõ ſolido cibo. huiuſmodi verò, quomodo germani ſcripturæ ſenſus cenſores recti eſſe queant, diſcernereq; inter verũ & falſum, orthodoxum & erroneum, quum id perfectorũ eſſe teſtetur apoſtolus, qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni & mali?*

Itemq; ſi paſsim omnes, tam præeuntes ſcientias edocti quã earum prorſus ignari, continuo ad ſcripturæ ſacræ contrectationem admittẽdos aliqui dixerint, vt tãdẽ omnes, etiã mulierculæ doctores euadant & magiſtri, germaníque ſcripturæ ſenſus, recti cenſores, Paulũ *rurſus audiãt in priore epiſtola ad* Timotheum, *cap.* 2. Mulier in eccleſia docere nõ debet.

dicentem

dicentẽ. Mulier in ſilentio diſcat cũ omni ſubiectione: docere enim mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio. in quem locũ Theophylactus: mulier geſtu & habitu ſit ornata: nec id tantum, ſed & voce. nõ enim velim loquatur: neq; de ſpiritualibus ediſſerat, ſed id modò, ſeu tantum diſcat. Id nãq; magis expedit, vt ſilens ediſcat.

Oecumenius quoq; in eundem locũ, ait. Omnem loquacitatis occaſionẽ à muliere abſtulit. Quoniam enim tacere eas præcepit, ne rationabili docendi prætextu loquãtur, non doceant (inquit) non ſolum humana, ſed neq; ſpiritualia. Vetat autẽ eas in eccleſia, ſiue publica concione docere, licet permittat eis vt liberos ſuos doceant. Ipſũ virum nãq; docere, eſt auctoritatem in eũ virum vſurpare. hæc ille. Quibus aperte tam ex ſententia Pauli quã eorum doctorum ipſum interpretantiũ, innuitur ad mulierẽ prorſus nõ ſpectare de ſpiritualibus

ediſſerere

ediſſerere vel docere: quòd faceret ſi de ſcripturarum ſanctarum germano ſenſu cenſuram proferre datum ei foret, vel ex propria mēte interpretari liceret. Proinde ĩ *priore ad* Cor.*cap.*14.*idē apoſtolus iiſdē mulieribus ſilentiũ in eccleſia indicit: iubét que vt ſi quid diſcere, per interrogationē velint, viros ſuos domi interrogent.* Horũ *rationem reddens,* 1. *ad* Timoth.2. *mox ſubdit:* Ad*am in præuaricatione non eſt ſe ductus, ſed mulier. vbi* Oecumenius: Non *dixit,* E*ua ſeducta eſt, ſed mulier, ſignificans naturam quæ facilè decipiatur.* I*tém que*Theophy.*in eundem locum. mulier ſemel virum docuit, & cuncta peruertit. ideo de cætero non habeat docendi poteſtatē.* E*ſt namq; mulier natura leuior, & facilè fallitur.* Chryſoſt.*ho.* 9. *in priorē epiſtolã ad* Timoth. *eorum ſententiã ita cõfirmat.* Semel *mulier docuit, & cuncta peruertit: ideo vltrà non doceat.* E*ſt enim ſexus ille infirmus ac leuis.* Q*uibus verbis, tam apo-*

Mulier cur in cõgregatio ne nõ debeat docere.

ſtolus

ſtolus quòd hi ſacri doctores ſubindicant potiſſimum quòd mulierem à docendo ac interpretando ſeu cõtrectãdo ſacras literas præter id quod prima mulier ſuaſibus ſuis virum quodam modo pellexit ad peccatum, eſt conditionis ſexus leuitas & infirmitas, ſeu fragilitas. Et *ita quum multi quoq; viri leues ac inſtabiles (vt docet* Petrus) *& infirmi ſint ac fragiles, quãuis latinè, græcè, vel hebraicè norint, non eorũ fuerit mox ſacras interpretari ſcripturas, ac de earum germano ſenſu cenſere. Siquidem vt vult* Hieronymus *commentarijs in id primi capitis epiſtolæ ad* Galatas, Euã*gelium quòd euãgelizatum eſt à me, non eſt ſecundum hominem.* Non *putemus in verbis ſcripturarum eſſe* Euãgeliũ, *ſed in ſenſu: nõ in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.* Proinde *mox ſubnectit. Grãde periculum eſt in eccleſia loqui, ne fortè interpretatione peruerſa, de euãgelio* Chriſti *fiat hominis*

minis Euangelium: aut (quòd peius eſt·) diaboli . Quibus planè docet Hieronymus Euangelium ſeu euangelicæ veritatis aſſequutionem, non eſſe ex ſermonum ipſorum ſignificationis intellectione: ſed ex ſenſus aſſequutione per verba ſignificati: qui quidem ſenſus reconditiſſimus & abditiſſimus eſt: nec ab omnibus attingi poteſt, vt iam docuimus. Huic ſentẽtiæ noſtræ ſuffragantur ſancti vetuſtiq; patres ac doctores in primis.

Clemens Papa & martyr, beati Petri apoſtoli diſcipulus & comes, epiſtola. 4. quæ eſt ad eccleſiam hieroſolimorum, quã Ruffinus Hieronymo cõtẽporaneus latinitate donauit, & lib. decimo recognitionum, quem idem Ruffinus latinũ fecit, nõ cuiuſuis eſſe de ſcripturarum ſenſu germano cenſere: nec ex ſermonum ſignificationis cognitione, verum orationis ſeu ſcripturæ ſenſum mox haberi: docet ita. Diligenter obſeruandum eſt, vt lex dei

quum legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligẽtiam legatur, vel doceatur. Sunt enim in diuinis ſcripturis multa verba que poſſunt trahi ad eum ſenſum quem ſibi vnuſquiſq; ſponte præſumpſit. Sed *fieri non oportet, non enim ſenſum quẽ extrinſecus attuleris alienum & extraneum debetis quærere, aut quomodo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare: ſed ex ſcripturis ſenſum capere veritatis.* Et *ideo oportet ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundũ veritatem ſibi traditam ſeruauit. hæc ille,* E*n quam apertè dicit in diuinis ſcripturis eſſe verba multa, quæ ad eum ſenſum quẽ ſibi quiſq; ſponte, ſeu ſecundum propriam affectionem præſumpſerit, trahere poteſt: quòd tamen nullatenus fieri debet.* Cauen*dum quoq; ne dum lex dei legitur, ſecundum propriam ingenij noſtri intelligẽtiã, ipſam interpretemur vel doceamus.* Cuius *oppoſitũ hiſce diebus ita à neochriſtianis fit, vt*

ſit, vt lanarios, mulierculasque de noui teſtamenti intelligētia cenſere permittāt. Aduerſum quos Hieronymus ad Paulinū *preſbyterū ſcribens, his inuehitur verbis.* Agricolæ, *cementarij, fabri metallorum, lignorumq; cæſores, lanarii quoq; & fullones, & cæteri qui vilia opuſcula fabricantur, abſque doctore eſſe nequeūt quòd cupiunt: quòd medicorum eſt, promittunt medici: tractant fabrilia fabri: ſola ſcripturarum ars eſt quā ſibi paßim omnes vendicant: hanc garrula anus: hanc delirus ſenex: hanc ſophiſta verboſus: hāc vniuerſi præſumūt, lacerant, docent antequā diſcant.* Alij *adducto ſupercilio grandia verba trutinantes; inter mulierculas de ſacris literis philoſophantur:* Alij *diſcunt (proh pudor) à fœminis quòd viros doceāt: ediſſerūtque aliis quòd ipſi non intelligūt. hæc ille.* Spe*cta quā appoſitè, quā conciné quorundam huius ætatis neochriſtianorū abuſum in ſacris contractandis depingat,*

D ij *ſimulq;*

ſimulq; taxet Hieronymus.*Si enim ad cæteras artes etiam faciles ediſcendas multam operam impendere oportet:imò laboris & ſedulitatis plurimũ,ad ea quæ grãmatices ſunt ſiue latinè,ſiue græcè vel hebraicè,aut cuiuſuis alterius, capiẽda,quãtam operam nauare decet ad eam aſſequẽdam ſapientiam quæ omniũ altiſsima difficillimaq; eſt? Quæ nimirũ quo ſublimior, eo in multis captu difficilior eſt.* Nunc ta*men nõ modo garrula anus, delirúsve ſenex:verũ quoque puerulus & propemodum quiuis alius,theologiæ intelligẽtiam ſibi pollicetur.* Ideoq;*ſcripturarũ ſanctarum,quibus continetur ſenſum dilacerãt & docent,priuſquã didicerint: ediſſerunt que aliis,quòd ipſi non capiunt.* Vtq; Ter*tuliani ſermonibus vtar,lib.de præſcriptionibus aduerſus hæreticos:vbi hæreticorũ vitam depingit.Omnes ſcientiam pollicentur:ante ſunt perfecti cathecumeni quam edocti: hæreticæ quoq; mulieres tam pro-*

caces

caces ſunt, vt audeãt docere & cõtẽdere, ſeu diſputare. Iiſque *omnibus nihil eſt nõ verũ, licet diuerſa tractent, dum ad vnius veritatis expugnationem conſpirent: ſimplicitatem volunt eſſe poſt rationem diſciplinæ, ſeu poſtponẽdam rationi doctrinæ. hæc ille: quibus noſtri quoq; temporis hæreticorum morẽ exactiſsimè deſcribit, qui nihili faciẽdas prædicant cæteras diſciplinas: maximè verò logicam prorſum depellendam aiunt: quã* Hieronymus *to. 7. homilia prima in cantica, dicit verborũ dictorumq; rationes, proprietates & improprietates continere, eamq; à cæteris diſciplinis nõ tam ſeparari conuenire, quàm inſeri & intexi.* Auguſti. *quoq; to. primo, lib. 2. de ordine. cap. 13. dicit logicã defendere verũ ab omni ſurreptione falſitatis: eaque (ait) docet docere: docet diſcere: in hac ſe ipſa ratio demonſtrat & aperit quæ ſit, quid velit, quid valeat: ſcit ſcire: ſcientes ſola facere non tãtum vult,*

Logicæ neceſſitas, quę etiam eius proprietates

ſed etiam poteſt. Idem pariter *to.3 lib.2. de doctrina chriſtiana.cap.31. de logica loquens ait.* Diſputationis diſciplina, *ad omnia genera quæſtionum quæ in libris ſanctis ſunt, penetranda & diſſoluenda, plurimum valet.* Expende ſecundum Hieronymi Auguſtiniq; *ſentẽtiã, quãtum neceſſaria ſit & conferat logica: ad theologiæ cæterarumque diſciplinarũ aſſequutionem & ad ſcripturarum ſenſus & veritatis intelligentiam: vtpote quam teſtãtur nõ modo verborum, ſed etiã dictorum ſeu ſententiarũ rationes, proprietates & improprietates continere: cæterisq; ſcientiis inſerendam: verum ab omni falſitatis ſurreptione tueri: quodque per eam poßit quis diſcere, demum & docere: citra eam poßit ſciẽs euadere nullus, quòd ad omnia genera quæſtionum quæ in ſcripturis ſanctis ſunt penetranda & diſſoluenda, plurimum valeat.* Proinde *ſit vt huius & cæterarum diſciplinarum, quas limen ipſum*

ſum theologiæ, ſeu ſanctarũ ſcripturarum ſenſus aſſequutionis, antecedere decuerat, prorſum ignari, in capiendo ſenſu, atq; in iudicio plerunq; labantur & errent, verum à falſo diſcernere nequeuntes: dumq́; alienam ſemel è cerebro ſuo protulerint ſententiam aut interpretationem, modis omnibus ex aliis ſcripturæ ſententiis in peregrinum ſenſum adductis eam confirmare velis (vt aiunt) & remis contendunt. De *quibus* Lactantius *lib.3. diuinarum inſtitutionum.cap.24. Quid dicam de iis neſcio, qui quum ſemel aberrauerint, conſtanter in ſtultitia perſeuerant, & vanis vana defendunt: niſi quod eos interdum puto ioci cauſa philoſophari, aut prudentes & ſcios mendacia defendenda ſuſcipere, quaſi vt ingenia ſua in malis rebus exerceant vel oſtentent. hæc ille.* Porrò *quos ad theologicum ſtudium amplexandum primum decet admittere, par eſt logices & philoſophiæ diſci-*

Theologiæ ſtudiũ quas prerexigit ſcientias.

plinis vel mediocriter inſudaſſe: demũ poſt theologorum doctorum tam recentiorum quã vetuſtiorum ſufficientẽ lectionem, ad ſcripturas ſacras contrectandas & interpretandas, ita tamen vt Clemẽtis doctrinam iam expreſſam de non aſſumẽdo ſenſum alienum, & de non interpretando ſecundum propriam tantum intelligentiam: imò de veritate ſcripturarum ſumenda à maioribus qui eam ſeruarunt, ſequantur. Quod ſi foret ſemper obſeruatũ, nec olim pullulaſſent hæreſes: nec iã ſopitę, noſtris diebus reſurrexiſſent. Nunc autem quia & ij quoq; qui nec eas diſciplinas, antecedere debentes à limine ſalutarunt, nec ſanctorũ doctorũ ſcriptis & lectionibus ſũt inſtituti, latinam, græcam, aut hebraicam grammaticam, aut aliquado nullã, edocti, continuo ſacrarum literarum attrectationem & interpretationem adgrediuntur propemodum omnes, nouas recenteſq; cõfingunt hæreſes, quas interdum vetuſtiori

bus

bus roborare contendunt.

Gregorius ille N*anzianzenus vſq; adeo dilucidè nobis cōcinit, vt in noſtræ ſētētiæ teſtimoniū alios citare nō ſit neceſſe.* Siqui*dem lib. primo de theologia dicit.* Princi*pio, non cuiuſuis eſt (ô chriſtiani) de deo diſputare. non, inquā, cuiuſuis: non à deo res hæc vilis eſt, & eorum qui etiānū humi ſerpentes, terrenis ſtudiis occupantur.* E*orum tantum eſt qui inter multos habito delectu, ad tantum munus videantur idonei: quique contemplandi acumine cæteris antecellant, qui iam animum ab affectuū ſordibus purgarint.* Nam *vt parum fœliciter ceſſerit ſi morboſis oculis in ſolares radios intueri coneris, ita impurus ipſe ſūmam puritatem non ſine periculo attrectaueris. hec ille.* Expēdas *igitur, vt dicat eos qui terrenis negociis occupantur, capaces non eſſe qui de diuinis diſputent, ſeu qui diuina tractant, quaſi cenſores: imò tantum eos ad hæc tractanda, de veritatis*

aut

aut falſitatis eorũ ſententia dicenda capaces, qui iam longo ſtudio in iis verſati, contemplandi acumine cæteris antecellũt: & animum à ſordidis affectionibus purgatum habeãt. Sæpius enim fit (quẽadmodum ait) vt infirmis aut morboſis oculis ſolares radios intueri ſi conemur, corporalis ipſe viſus offẽdatur & lædatur, ita dũ peruerſa corruptáque mente affectus, diuina recõditiſſimáque ſcripturarum ſenſa cõtrectare voluerit quis, cuiuſmodi fuerit ieiuniorum & cæterorum eccleſiæ præceptorum cõtẽptor, aut impudicitiæ deditus, facilè mẽtis ſeu intellectus eius acies ab ipſa deprauata volũtate, in obliquum erroneumque iudiciũ cõuertetur: in eoque obfirmabitur. Demum vt ad eum redeam: *à quo primã cepi probationem,* Paulus *prioris ad cor. cap.* 12. Neochriſtianis *os debuerat obſtruxiſſe, et lanarios, cerdones mulierculas, & in vniuerſum eos compeſcuiſſe, qui ſcripturarũ interpretãdarum*

munus

munus quibuſlibet chriſtianis, cõceſſũ emẽtiuntur, quũ dicat deũ corpus myſticum eccleſiæ formaſſe in modũ corporis realis ſeu humani in quo varia ſũt mẽbra, variis operationibus deputata: & vnũ alterius officiũ nõ vſurpat. Enumeratis *enĩ dei donis variis, tandem ſubdit.* Vos *eſtis corpus* Chriſti: *& quoſdam quidẽ poſuit deus in eccleſia: primum apoſtolos: 2. prophtas: 3. doctores.* Ii *prophetæ ſecũdũ* Ambroſium *cõmẽtariis in eum locum, & in .4. cap. ad* Eph. *ſunt ſcripturarum interpretes, licet nõ defuerint in primitiua eccleſia qui diuino ſpiritu afflati futura prænuntiarẽt. deniq; ſubdit & aliud donũ: nẽpe genera linguarũ: vbi ſecũdũ* Ambroſiũ, *docet dei donũ eſſe, linguas multas ſcire.* En *vt apoſtolus exprimit donũ linguarũ, vtpote latinæ græcæ hebraicæ et cæterarũ, lõgè poſterius eſſe quã donũ interpretãdi ſcripturas, quũ hoc ſecũdũ locũ aſſequatur: illud verò, tãtum ſextum aut ſeptimum.* Itemq;

mox

mox vt doceat id non omnibus datũ, ſubdit. nunquid omnes apoſtoli? nunquid oẽs prophetæ? nũquid omnes doctores? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Quibus exprimit vt non omnes ſunt apoſtoli, ſic nec omnes ſcripturarum interpretes ſunt, nec doctores: Vtque variis idiomatibus eloqui non omnibus collatũ, ſic quæ linguis ipſis exprimuntur interpretari, non omnibus conceſſum. At qui ſi noſſe cupis quis eſt is verus ac germanus ſcripturæ ſenſus, quem eius capiendi ſcripturarumque interpretandarum capaces ſequi debeant, quartã propoſitionem noſtram perluſtrato.

Quarta

Quarta propoſitio.

VErus germanusq́ue ſacræ ſcripturæ ſenſus, quem eius intelligendi vel interpretandi capaces ſequi debent, is eſt quē eccleſia vel expreſſa declaratione, vel catholica & vniuerſali conſuetudine ſeu practicatione docuit. Et qui huic eſt aduerſus ac contrarius, peregrinus & alienus eſt. Scripturę qs verꝰ & germanus ſenſus.

Probo. Paulus prioris ad Timotheū. cap.3. Eccleſia dei viui, columna & firmamētū veritatis. Sedulius in eū locum. i. in qua nūc ſola veritas ſtat firmata, quæ ante in lege erat poſita. hæc ille. Si veritas quæ ante erat poſita in lege ſcripta videlicet, ſeu in ſcripturis veteris teſtamēti, vel adūbraticè, vel implicitè aut explicitè, aut aliquo alio modo, nūc ſtet firmata in ſola eccleſia, ergo præter aut extra ipſā eccleſiā, nuſquā ſtat veritas firmata: veritas inquā ſenſus ſcripturarū & eorū q̄ ſūt legis euāgelicæ, quū per id quo dicitur veritas nūc ſtare firmata in ipſa ſola, fiat ab aliis excluſio veritatis firmatæ: & ita ſenſus quē qs cōtrariū ei qui eſt eccleſiæ, adduxerit, peregrinus et à veritate alienus venit cēſēdus.

Irenæus Paulicarpi, Ioannis apoſtoli ac Euangeliſtæ diſcipuli, quondam auditor, lib. 4. aduerſus hæreſes Valentini, cap. 45. iis ſubſcribit in hunc modum. Paulus docens ait. Poſuit deus: in eccleſia primò apoſtolos: ſecundò prophetas: tertiò doctores. Vbi igitur domini chariſmata poſita ſunt, ibi diſcere oportet veritatem apud quos eſt ea quæ eſt ab apoſtolis eccleſiæ ſucceſſio, & id quòd eſt ſanum & irreprobabile ſermonis conſtat. Hi enim eam quæ eſt in deum fidem noſtram cuſtodiunt: & ſcripturas ſine periculo nobis exponunt, neq; deum blaſphemantes, neq; patriarchas exhonorantes, neque prophetas contemnentes. Hæc ille. Qui ibidem docet ſe id didiciſſe à quodam preſbytero qui audierat ab iis qui apoſtolos viderant. En vt aſſerit ſe edoctum ab eo qui & inſtitutus à diſcipulis chriſti, quòd veritas eſt apud eos, ſeu in doctrina eorum, & ſine periculo nobis ſcripturas

exponũnt ij, qui in eccleſia continuam ſucceſſionem ab apoſtolis habuerunt ita vt veritatis declaratio primum à deo facta ſit apoſtolis: deinde ij ſuis diſcipulis, vt pote Dionyſio Areopagitæ, Ignatio, Policarpo, Papiæ, Hermæ, Clementi, Lino, Cleto, Anicetæ, Timotheo, Tito, & cæteris quòd edocti fuerant propalauerunt: poſtmodum & ii ſuis auditoribus. Et ita continua ſucceſſione ad hæc vſq; tempora, veritatis inſinuatio ad nos pertigit, præter ea quæ ſpirituſſanctus (qui ex Chriſti promiſſione eccleſiã erat docturus omnem veritatem ſaluti neceſſariam) congregatæ reſerauit eccleſiæ, reſeratq; dũ ipſa legitime concilio congregato eam repræſentante, conuenit. Quemadmodum aũt veritatis ac ſcripturarũ veri ſẽſus declaratio ſecundũ aliquẽ modũ à nobis præſcriptũ, ſit ab ipſa eccleſia quæ eſt colũna & firmamẽtũ veritatis, quæ & ab apoſtolis continuã habet ſucceſſionẽ, ſi deſideras accuratius

Veritatis euangeli cę declaratio, quo ordine, et quo modo ad nos deſcẽdit.

accuratius expendas quæ ante millecentũ quadraginta annos docuit vir in diuinis & humanis cruditiſſimus Vincẽtius *Liri nenſis libello quẽ aduerſus prophanas innouationes edidit.* Siquidem *dum (vt ait) ſummo ſtudio perquireret à quãplurimis ſanctitate doctrinaq́ue preſtantiſſimis viris, quonam modo poſſet certa quadã & generali ac regulari via, catholicam veritatem ab hæretica falſaq́ue prauitate diſcernere, id ſẽper reſponſum accepit quod ſi vellet exurgentium hæreticorum fraudes deprehendere, eorumq́ue laqueos vitare, & in ſana fide ſanus perſeuerare, duplici modo fidem ſuam, domino adiuuante, munire deberet.* Primò, *diuinæ legis au ctoritate: tum eccleſiæ catholicæ traditione.* Eccleſiæ *verò traditione muniri opus eſt, potiſſimum q̃a ſcripturam ſacram pro ipſa ſui altitudine non vno eodemq́ue ſenſu vniuerſi accipiunt, ita vt eiuſdem ſcripturæ eloquia aliter atque aliter, alius*

Fides duobus modis muniẽda

Scripturæ ſẽſus à diuerſis variè ſumitur.

atque

atq; alius interpretetur: vt pene quot homines ſunt, tot illinc ſententiæ erui poſſe videantur. Aliter namq; eā Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit: aliter Arrius, aliter Eunomius & ita de cæteris hæreticis, ꝗ oēs aliter cōtrariè quā veritas eſt, et aliter inuicē, mutuò aduerſātes: imò, vt prænotata verba Clemētis addā, in diuinis ſcripturis multa ſunt que in eum ſenſum trahi poſſunt quē vnuſquiſq; ſpōtè preſūpſerit, licet fieri nō debeat. Idcirco (ait Lirinēſis) propter tātos tā varii erroris anfractus, vt ꝓpheticæ & apoſtolicæ interpretationis linea ſecūdū eccleſiaſtici & catholici ſenſus normā dirigatur neceſſe eſt. In eccleſia verò, propriè verèq; catholicū eſt, quod vbique, quod ſemper, quodq; ab omnibus creditū eſt. Sic igitur Euangelicam veritatem, verúmque ſcripturæ ſēſum aſſequemur, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem, conſenſionem. Sequemur autem vniuerſitatē hoc modo,

Scripturę ſenſus quis catholicus.

Vniuerſitatē ſequi ī ſcripturæ ſenſu.

ſi hanc vnam fidem verã eſſe fateamur & ita veram eam ſcripturæ interpretationẽ, quam tota per orbem terrarum confitetur aut tenet eccleſia. Proinde *quæ ei contraria fuerit ſententia vel interpretatio, peregrina eſt & aliena. Quid igitur chriſtianus catholicus faciet, ſi aliquã eccleſiæ partem ſe præcidere vel ab aliquibus ſubuerſam, à reliqua tota in prorſus contrariam ſententiam deſcendiſſe videat? Vero ſanitatis iudici perſimilis ſit qui vniuerſi corporis ſanitatem, peſtifero corruptóque membro anteponit.* Ita *is vniuerſalis eccleſiæ reliquæ ſentẽtiam, vnius hominis eiuſque ſectatorum, aut aliquot aliorũ ab vniuerſalis & cõmunis eccleſiæ ſentẽtia diſſidentium ſic vt oppoſitum ſenſum efferãt, firmiſsimè præferat.* Quid *ſi nouella quæpiã contagio, non iam portiunculã eccleſiæ, ſed totam ferme pariter eccleſiam commaculare conetur? Tunc antiquitatem ſequi, eiq; firmiter inhærere ſtudeat.*

Quid ſequẽdum ſi pars eccleſię ſe à reliqua pręciderit.

Qũid ſi noua hæreſis penè totã eccleſiã inuaſerit.

Antiquitatem

Antiquitatem autem ſequetur, qui ab iis ſenſibus, vel ſcripturarum interpretationibus nõ recedet, quos ſanctos patres ac maiores noſtros celebraſſe manifeſtũ eſt. Ob id ad veri germaniq; ſanctarũ ſcripturarum ſenſus aſſequutionem, etiã vetuſtiorũ doctorum, antiquorumq; patrum ſcripta perluſtrare, aut ſaltem eorum qui talium vetuſtiorum perlectis ſcriptis ex iis conflatam, ſaltem non diſsidentem aut aduerſantem ediderint interpretationem, ſequi decet. Ea verò interpretatio quæ iis prorſũ aduerſatur atq; diſsidet, aliena ſit & peregrina. Quid verò faciendum, dum in ipſa vetuſtate duorum aut trium hominum: vel certè ciuitatis vnius, aut etiam prouinciæ vnius ſententiam deprehẽdemus fuiſſe reliquis eccleſiis aut doctoribus cõtrariam? Exempli gratia, quia nõ modo. S. Cyprianus, ſed & cæteri epiſcopi Aphricani qui cum eo conuenerant, leguntur ſenſiſſe qui baptizati, lapſi fuiſſent in hæreſim, rurſus

Antiquitatem ſe qui qd ſit.

Quid agendum vbi in antiquitate eſt cõtrarietas.

eſſe baptizandos priuſquã ad eccleſiã admitterentur. Sic quædam apud S. Hilarium: plurima apud Origenem: nõnulla apud Tertulianum, & quoſdam alios ex vetuſtioribus patribus à cõmuni eccleſiæ ſentẽtia latiſſimè diſsidere deprehẽdũtur. Tũc vnius aut paucorũ temeritate vel in hac pte inſcitia declinata, vniuerſalis eccleſiæ cõciliorũ decreta, ſi qua ſint ad hoc, ſequamur, quorũ ſaluberrimã in eccleſia eſſe autoritatẽ Auguſtinus teſtatur to. 2. epi. 118. quæ eſt ad Ianuariũ. Proinde quæ vel erroneè, vel minus rectè ſũt ab vno dicta: aut à particulari cõcilio, minúsve legitimè congregato decreta, plærumq; ſunt à concilijs generalibus legitimè congregatis emendata: in quibus generalibus legitimè congregatis licet pro temporũ varietate quæ à prioribus quantum ad agenda fuerant ſtatuta, à poſterioribus re exigente ſunt mutata: tamen quantum ad veritatem catholicam, & ſcripturarũ ſenſus iudici-

iudiciū,cōtraria nunquā fuerūt iudicata. Si forſan de iis quæ ab antiquo quopiā doctore,aut à duobus, pluribúsve,vel etiam ab vna tota particulari eccleſia, definita ſcriptáve fuerint, noua ſeu inaudita, ac totius reliquæ eccleſiæ cōmuni ſententiæ contraria deprehendantur aliqua,de quibus à generalibus conciliis legitimè congregatis nondum definitum eſt,conceßionem ſequamur,eſt operepretium. Conſenſionem autem ſequemur,ſi in ipſa vetuſtate omnium vel fermè omnium ſacerdotum & magiſtrorum ſententias ac definitiones ſectemur.Quātū igitur ad rē ſpectat tunc operam dabimus,vt collatas inter ſe maiorum conſulamus,interrogemusque ſententias,eorum duntaxat,qui diuerſis licet temporibus & locis,in vnius tamē eccleſiæ catholicæ cōmunione & fide permanentes,magiſtri probabiles extiterunt. Et *quicquid non vnus aut duo tātum,ſed omnes pariter vno eodemq; conſenſu,aper*

Quid ſi aliquorū vetuſtorum ſententia cōmuni eccleſiæ ſententiæ contraria,nō eſt in cōciliis deciſa.

Conſenſionē ſequi,quid

 tè,

tè, frequenter, perſeuerãter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe nouerimus, id quoq; intelligamus abſq; vlla dubitatione credendum. Inter luſtrandum igitur etiã vetuſtiſſimi, ſanctiſſimiq́; doctoris cuiuſpiam ſcripta, dum quid in communibus eccleſiæ dogmatibus nõ euulgatum, occurrerit, non continuò ſic ei fuerit pertinaciter hærendum, quaſi oppoſitum ſẽtire prorſum nõ liceat, donec vel eccleſiæ catholicæ per concilium legitimè congregatum repreſentatæ ſuper hac re ſententiam, vel cæterorum vetuſtorum ac recẽtiorum patrum doctorũq́ue ſuper eadẽ re diſcuſſerimus iudicium. Quòd ſi eccleſiæ decretis ac ſentẽtiæ ſit cõtrarium, relinquendum eſt, nec ſequendum prorſus. Si cæterorũ patrum (qui variis temporibus, variiſq́ue locis ſcripſerint, firmiſſimè aſſeruerint, apertiſſimeq́ue docuerint, nec ab eccleſia fuerit vnquàm reclamatũ) ſentẽtiis aduerſetur, ſanctorũ illorum conſenſioni nobis eſt adhærendum, & ab illius opinione declinandum.

Irenæus

Irenæus lib.3.aduerſus hæreſes Valentini cap.4.hanc roborat ſententiã iis verbis. Si de aliqua modica quæſtione diſceptatio eſſet, nõne oporteret in antiquiſſimas recurrere eccleſias in quibus apoſtoli conuerſati ſunt: & ab eis de præſenti quæſtione ſumere quod certum, & re liquidum eſt? Quid autem ſi neq; apoſtoli quidem ſcripturas reliquiſſent nobis: nonne oportebat ordinẽ ſequi traditionis, quã tradiderunt iis quibus cõmittebant eccleſias? cui ordinationi aſſentiunt multæ gentes barbarorũ eorũ qui in Chriſtũ credũt, ſine caractere vel atramẽto ſcriptã habentes p ſpiritũ in cordibus ſuis ſalutẽ, & veterẽ traditionẽ diligẽter cuſtodiẽtes & in deũ credẽtes. hæc ille. Quibus apertè docet, vbi de iis quæ ſũt fidei aut quæ ſcripta nõ ſunt: aut ſi ſcripta, propter alicuius aut aliquorum contrariã interpretationem, ſi quæſtio diſceptatiòve ſuboriretur, perinde nobis eſſet agendum, ac ſi nobis apoſtoli

ſcripturas nõ reliquiſſent: ſiquidẽ ad antiquiſsimas eccleſias in quibus Apoſtoli *ſũt verſati recurrẽdum: & quæ ille de iis quæ ad fidem ſpectant ſenſiſſe noſcuntur per ſcripta eorum qui ab* Apoſtolis *cõtinuò vel non cõtinuò ſunt edocti, eadem ſentiamus, donec ab apoſtolica ſede & à concilio generali legitimè congregato definitum ſit (ibi enim veritas) hic non errabimus, ſed veritatem ſequemur.*

Eucherius Lugdunenſis *epiſcopus, quẽ* Gennadius *&* Iſidorus *in ſuis cathalogis virorum illuſtrium plurimi faciunt: quem* Eraſmus *latinis cæteris propemodũ ante ponere videtur, ante.*1150. *annos id ſic docuit in libros regum, lib.*3.*cap.* 24. Vna *eademq; forma veritatis & fidei, quã primo apoſtoli ſuis auditoribus oſtendebant: ac deinde ſucceſſores eorũ,* & *omnes vſq; in finẽ ſæculi, pij doctores, eccleſiis* Chriſti *per orbem prædicare non deſiſtunt. hæc ille.* Ergo *in eccleſia veritatis publica prædicatio*

Fidei veritas àdoctoribus aliquib⁹ prędicar. ĩ eccleſia nunquã deſtitit.

dicatio

dicatio nunquã ceſſauit. Quo ſit vt ſententiæ quas dudum ſepultas, ab infernis reuocarunt Luterus, Oecolampadius & eorũ ſimiles, quarum publica in eccleſiis prædicatio diutiſsimè ceſſauit, veræ non ſint: nec eorũ de ſcripturis interpretationes ab iis quas ſemper tenuit & docuit eccleſia diſſidentes, ſequẽdæ ſunt, imò maximè cauẽdæ tanquã alienæ & peregrinæ. Explodẽdiq; ſunt qui ipſi in errorũ tenebris iacẽtes, veritatis lucẽ ab eccleſia quingẽtis, aut octingentis, aut etiam mille annis: imò qui vno tantum anno defeciſſe prorſum ementiẽtes vociferantur. Vnde & Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes Valentini, dicit: Eccleſiæ quidẽ prædicatio vera eſt & firma: apud quam vna & eadem ſalutis via in vniuerſo mundo oſtenditur. Huic enim creditum eſt lumen dei. Sequitur: Confugere igitur oportet ad eccleſiã: & in eius ſinu educari. hæc ille. Si eccleſiæ prædicatio, non tãtum quæ pro roſtris: ſed & quæ

veritatis lux ab eccleſia nũquam defecit cui credita eſt.

in ſcripturarum interpretatione, vera eſt & firma, & huic dei lumen creditum ſit, quomodo falſitatis & ſuperſtitionis caligine tam diu poſſet obduci, vt huius tẽporis pſeudochriſtiani confingunt & ementiuntur? At *eccleſiæ filij, veriq; chriſtiani ac* Euangelici *viri intelligunt & aſſerũt veram pietatẽ id admittere, quod à patribus ſuſceptum eſt: verã quoq; religionem non qua volet vnuſquiſq; ducendam, ſed potius qua illa duceret, ſequi oportere.* Et *(vt vult* Lirinenſis *lib. aduerſus ꝓphanas nouationes) id chriſtianæ modeſtiæ grauitatiſq; proprium eſt, nõ ſua poſteris tradere: ſed à maioribus accepta ſeruare.* Ne *igitur falſa interpretatione de* Euãgelio *Chriſti fiat* Euangelium *hominis aut potius diaboli (vt vult* Hieronymus*) in ſcripturarum expoſitione non propriã tantũ intelligentiã aut ſenſũ ſequamur: ſed quæ patrum eſt & eccleſiæ.* De *qua* Lactantius *diuinarum inſtitutionum lib. 4. cap. 3. ſeu*

vltimo

vltimo, circiter finem, dicit. Sola Eccleſia
catholica eſt, quæ verum cultum retinet:
Hic eſt fons veritatis: hoc eſt domicilium fi
dei: hoc tēplum dei: quo ſi quis non intra-
uerit, vel à quo ſi quis exierit, à ſpe vitæ
ac ſalutis æternæ alienus eſt. hæc ille. Si i-
gitur ſola catholica eccleſia eſt quæ verum
retinet cultum, cur ad Luteranæ, Occolā-
padianæ aut alicuius eiuſmodi particula-
ris ſectæ cultum deſcenditur, miſſa eccleſia
catholica? Si in eccleſia catholica fons eſt
veritatis, & domiciliū fidei, deiq; templū,
cur ad fluctuantes ac turbulentos Lutera
narum ac ſimiliū ſcripturæ interpretatio-
num lacus concurritur? In hoc igitur dei
templo verſemur: in eo fidei domicilio per-
ſeueremus, veræ ſcripturarum intelligen-
tiæ: imo & quarūlibet chriſtianarum veri
tatū aquas ſitiētes, huiuſmodi eccleſiæ ca-
tholicæ fontem adeamus: vt tendam æter-
næ vitæ participes fiamus.

Eccleſia, veritatis fons: domiciliūq; fidei.

Quinta

Quinta Propoſitio.

Tradita eſſe quędam à Chriſto & ab apoſtolis quę in ſacris expreſſa non ſunt: non tamen minus obſeruanda, quàm quę ſcripta.

Euangelicam ſpiritalemq; libertatem in carnalem, imò & in perditiſſimam ſeruitutem commutare neochriſtiani cõtendentes, nihil obſeruandum aſſerunt, niſi quòd in ſacris exprimitur ſcripturis, Ioãnis (vt aiunt) in apocalypſi ſententiã ſequuti, qua dicitur: libro huic, nempe ſacræ ſcripturæ, quidquam qui vel addiderit, vel ademerit, apponet deus ſuper eum plagas in eo libro ſcriptas: vtpote in quo quæcũque vel ſaluti neceſſaria, vel conducibilia fuerint, Chriſtus per Euangeliſtas ſuos: apoſtoli ipſi ſcripſerint: ſub mellitis his verbis, venenum id abdentes lætiferum, nec eccleſiæ ieiunia, nec feſtorum dierum obſeruationem: nec alias inſtitutiones eccleſiaſticas nobis obſeruandas eſſe pernicioſè dogmatizant: interim nolentes id aduerſum ſe, ſuiq; ſimiles dici attendere, quod

Ioannes

Ioannes protulit. Siquidẽ eas plagas quas interminatur ei qui vel addiderit vel ademerit de verbis prophetiæ & Euangelij. Beda locum eum exponẽs dicit inſalſatores iſta dici: nempe qui à veritate Euangelica quidquam diſcrepans, eíque contrarium vel dogmatizauerit vel pertinaciter cẽſuerit, is addit. Qui verò quid in eo Euangelio non eſſe verum, aſſerere aut ſentire perſeuerantet auſus fuerit: is intelligitur adimere. Non ergo addit nec adimit quidquã Euãgelio, qui ea quæ vel à Chriſto per apoſtolos, nõ ſcripta, ſed ab eccleſia catholica recepta: vel quæ à ſpiritu ſancto per eoſdem apoſtolos eorumque ſucceſſores, ſeu per eccleſiam catholicam ac concilium eam repræſentans, tradita ſunt, docet, ſentit, & obſeruat, quãuis in ſacris nõ exprimãtur. Quòd autem omnia ſingulatim expreſſa explicitaque ſint in ſacris, quæ ſaluti vel neceſſaria, vel conducibilia ſunt, falſum eſſe etiam ex ſacris, luce clarius

Addere ſcripturę ſacrę qd.

Adimere aliquid Euangelio, quid.

rius

Traditiones Chriſti & apoſtolorum cur ſeruãdę.

rius colligi poteſt. In *primis adnotãdũ fuerit, nõ ob id chriſti vel apoſtolorũ eius, traditiones recipiẽdas & ſeruãdas eſſe tãtũ quia ſcriptæ ſint, ita vt ratio ꝓpter quã recipi debeant, ſit quia ſcriptæ ſunt:* Aliàs *antequã* Matthæus, *Marcus et cæteri ſcripſiſſet: vt dũ* C*hriſtus prædicãs, ſuas euulgaret traditiones: aut dum eas apoſtoli nõdum ſcriptas, verbo docerent, nullus eiuſmodi doctrinam quantumuis euulgatam, recipere vel ſeruare, deuinctus fuiſſet: ne nunc quidem ſi nil* Euangeli*ſtæ vel apoſtoli ſcripto commẽdaſſent, quod manifeſtiſſimè falſum eſſe cõſtat.* H*æ ſunt igitur recipiẽdæ ſimul et obſeruãdæ, quia vel ipſemet* Chri*ctus, vel ipſe ſeu ſpiritus ſanctus per apoſtolos eas tradidit.* C*hriſtus autẽ, & eius apoſtoli multa tradiderũt & docuerunt, quæ ſingulatim in ſacris expreſſa non ſunt: igitur ea quoq; obuiis (vt aiunt) vlnis & amplexari, & exoſculari debemus.* M*inorem hanc probemus par eſt.*

Chriſtus & apoſtoli multa tradiderunt quę ſcripta nõ ſunt.

Ioannes

Ioannes cap. 7. memorat Chriſtum die fe-
ſto mediāte in templū aſcendiſſe. ſequitur.
Et docebat: & mirabātur Iudæi dicentes,
Quomodo hic literas ſcit, quū non didice-
rit? En vt Chriſtus refertur docuiſſe &
quidem ardua & cōducentiſſima quædam,
quum exinde Iudæi in admirationem rapti
dicantur: & ita quæ tunc docuit, vel ſalu-
ti neceſſaria, vel multum conferentia cen-
ſeri debent. Eorum tamen quæ ſic tūc do-
cuit, nec Ioannes ipſe, nec vllus aliorum
Euangeliſtarum, verbum expreſſit. Ergo
nō omnia quæ Chriſtus tradidit ac docuit,
ſunt ſcripto commendata. Lucas quoque
cap. 19. ait de Chriſto. Erat docens quo-
tidie in templo. Quid autem quotidie doce
ret, nec is, nec alius quiuis expreſſit. Si
quotidie docebat in templo, quo oēs Iudæi
maiores, ac minores cōueniebāt, nō eſt cre
dēdū quòd ſingulis diebus eaſdē prorſus
ſentētias inculcaret. Aliàs, eius æmuli ar-
guiſſent eū imperitiæ ſeq; cōtēptibilē eis
reddidiſſet,

reddidiſſet, eo quo eadem verba ſemper eorum auribus inculcaſſet. Eorum *tamen quæ ſic quotidie docebat, ne verbum quidem expreſſit euangeliſta.*

Sic Ioannis *octauo:* Lucæ. 4. *&* 5. & *aliubi ſæpe: vbi quid docuerit, qđve dixerit, nec in genere, nec in particulari exprimitur.* Item Matthæi. 4. *&* 9. *Marci.* 6. *dicitur docuiſſe regnum vel de regno dei. Quid in particulari docuerit, prorſum ſubticetur.*

Lucas act. 20. *cap. his ſuffragatur, vbi memorat* Paulum *concionantem dixiſſe:* O*portet meminiſſe verbi domini, qui ait:* B*eatius eſt magis dare quàm accipere.* Q*uòd domini verbum, non modò* L*ucas ipſe non expreſſit in forma vel ſententia: ſed etiam, vt in eundẽ locũ teſtatur* Oecumenius*, ea domini ſentẽtia in ſcriptura nuſquam nũc reperitur.* Proinde L*ucas iis apertè innuit, vt quemadmodum* Ioannes *cap.* 20. *&* 2. *memorat multa ſigna coram*

diſcipulis

diſcipulis, aliáque plurima quæ ſcripta nõ ſunt, à Chriſto eſſe facta, ſic & multa dicta eſſe, prædicatáq; , non tamen ſcripta, quum referat à Paulo citatã Chriſti ſententiam, quam neq; ipſe in Euangelio ſuo: neque quis aliorum Euangeliſtarum ſcripſit. Porrò multa Chriſtum poſt reſurrectionem & aſcenſionem ſuam Apoſtolis ſuis tradidiſſe, quæ mortalis nec tradidit, nec docuit, Ioannis cap. 16. docemur. Siquidẽ cõtinuò paſſurus, diſcipulis, quos eadem hora, diuiniſſima reconditiſſimáq; myſteria, plurimáque alia ad ſalutem ſpectantia docuerat, ait, habere ſe alia multa eis dicenda: quorum capiendorum nõdum eſſent capaces: at eum poſt aſcenſionẽ ſuã, vt factum conſtat, & in die Penthecoſtes, & poſt dum in eos aut eorum ſucceſſores, peculiari illo modo ſpirituſſanctus deſcẽdit, omnigenæ veritatis tũc ad ſalutem neceſſariæ vel conferentis intelligentiã ſuppeditaſſe & declaraſſe nullatenus dubita-

Chriſtus poſt aſcẽſionẽ ac reſurrectionem, multa docuit, quę non ſunt ſcripta.

re poſſumus, quum eum (quē eſt impoſsibile mentiri) ea ſe præſtiturum, Euangelium exprimat ſpopondiſſe. Paucißimarum tamen tam Euangeliſtæ quam cæteri hagiographi meminerūt inſtitutionum & præceptionū, quas Chriſtus poſt miſſum ſpiritum ſanctum tradiderit. Quum igitur poſt miſſum ſpiritum ſanctum Chriſtus, vt ſpoponderat ſecundum Euangelium, plurima tradiderit, quæ in ſacris prorſus non exprimuntur, rectè colligimus ab eo multa tradita: quæ in ſacris non exprimuntur. Imò poſt reſurrectionem ante miſſum ſpiritum ſanctū, eundem multa docuiſſe quæ ſcripta nō ſunt ſatis indicat Lucas Actu. cap. 1. dicens eum poſt reſurrectionem per dies 40. diſcipulis apparuiſſe, loquēdo de regno dei. Quid autē per totos illos quadraginta dies de regno dei diſſeruerit, in ſacris non exprimitur. Proinde illa multa à Chriſto tradita, quæ tamen in ſacris nō exprimuntur, dum nobis proponuntur & euulgantur

euulgãtur ab eius ſpõſa, nẽpe eccleſia: quã à paracleto illo ſpiritu ſancto Chriſtus edoctũ iri omnẽ veritatẽ pollicitus eſt, obuiis vlnis excipiẽda, ſuſcipiẽdaq́; ſunt & obſeruãda. Cyprianus *epiſcopus & martyr iã à 1300. annis, apertè concinit iis, in ſermone de ablutiõe pedũ, dicẽs.* Ipſe *ſummus ſacerdos ſui ſacramẽti inſtitutor eſt et autor.* In *cæteris, homines ſpiritũ ſãctũ habuere doctorẽ.* Et *ſicut par eſt ſpiritui ſancto et Chriſto diuinitas, ita in ſuis inſtitutionibus æqua eſt autoritas & poteſtas.* Nec *minus ratum eſt quod ſpiritu ſancto dictante apoſtoli tradiderũt, quam quod ipſe tradidit, & in ſui memoriam fieri præcepit, hæc ille.* Expẽde *vt teſtatur quædam à Chriſto tradita: quædã à ſpiritu ſancto per cæteros homines: vtque eadẽ prorſum deitas quæ eſt in Chriſto, eſt & in ſpiritu ſãcto: ſic eadẽ autoritas et poteſtas quæ eſt in his quæ ſunt à Chriſto tradita, eſt et in iis quæ ꝑ hoĩes tradita ſunt à ſpũſãcto: ne*

minus ratum quod apoſtoli afflati ſpiritu ſancto tradiderũt, quã quæ Chriſtus ipſe. Igitur vt neceſſariæ vel vtiles ad ſalutem Chriſti traditiones ſcripto traditæ: ſic quę non ſcriptę in ſacris, ſed dictãte ſpiritu per eccleſiã nobis reuelatę ſunt & traditę, ad ſalutem neceſſarię ſunt vel ſalutem vtiles.

Epiphanius in Panario, lib. 3. in hæreſim. 75. *reſpondens* Aerio *hæretico, qui dicebat nec paſcha celebrandum: nec pro defunctis orandum, quia id non expreßiſſet ſcriptura: huic noſtræ ſententiæ ita ſubſcribit.* Eccleſia *neceſſario hoc perficit, traditione à patribus accepta. Quis poterit matris ſtatũ diſſoluere, aut legem patris?* Vnde Salomon *dicit: audi fili mi ſermonem patris tui: & ne repudies ſtatuta matris tuæ: oſtendens per hoc, quòd & in ſcriptis et ſine ſcripto docuit pater, hoc eſt deus & vnigenitus & ſpirituſſanctus.* Mater *autem noſtra eccleſia habet ſtatuta in ſe poſita indiſſolubilia, que ſolui non*

poſſunt

poſſunt. hæc ille. En vt iam ante mille ducẽtos annos receptiſſima eſſet hæc doctrina, vt obſeruatio paſchalis ſolennitatis & eiuſmodi quæ catholica peragit eccleſia, neceſſariò eſſent perficienda, quamuis in ſcripturis ſanctis non exprimantur: Pariter quòd tam ſcripto quã non ſcripto deus docuit, ſeu obſeruãdã doctrinam tradidit. Idem lib. 2. contra hæreſim. 61. Oportet traditione vti. non enim omnia à diuina ſcriptura accipi poſſunt. Quapropter aliqua in ſcripturis: aliqua in traditione ſancti Apoſtoli tradiderunt.

Apoſtoli quędã tradiderunt quę non ſcripſerunt.

Apoſtolos quædam tradidiſſe quæ non ſcripſerunt, ipſi quoq; teſtãtur in ſuis epiſtolis. Siquidem Ioannes ferme in fine ſuæ ſecundæ Epiſtolæ dicit. Plura habẽs vobis ſcribere, nolui per chartam & atramẽtum: ſpero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui. En vt dicit quia ſperabat ſe eis ad fore nolle ſe per chartam & atramẽtum, ſeu per ſcripturam id trade-

*re. Quo apertè innuit ſe eis quædam tra-
diturũ viua voce, quæ ſcripturus nõ erat.*
Paulus *etiam in.2.cap.poſterioris* Epiſto-
læ ad Teſſaloni. *Fratres ſtate (inquit) & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonem, ſiue per* Epiſtolam *noſtram.* In *quem locum* Chryſoſtomus, *homilia.* 4. *in.*2.*ad* Teſſalo. *tomo.* 4. *ait.* Hinc patet *quòd non omnia per epiſtolã tradiderunt, ſed multa etiam ſine literis.* Eadem *fide vero digna ſunt tam illa quam iſta.* Itaq; *traditionem eccleſiæ fide dignã putamus. traditio eſt, nihil quæras amplius. hæc ille.*

Tradita per ſcripturã & per ſolũ ſermonẽ ab apoſtolis, æqualis ſũt authoritatis.

Theophylactus *quoq; in eundem locum.* Hinc *(ait) perſpicuum eſt plæraque* Paulũ *ſine ſcriptis, ſermone duntaxat, hoc eſt, viua voce, non epiſtolis, his tradidiſſe.* Non *ſecus hæc atque illa fide ſũt digna.* Itaque *eccleſiæ traditionẽ dignã exiſtimemus cui ſit fides præſtanda: vt ſi quid fuerit ab illa traditum, nil vltra perquiras. hæc ille.* Oecumenius *in eundem locum.* Nam *ſine*

ſcriptura

ſcriptura, & per ſcripturam, nõ nulla tradebant apoſtoli: & vtraq; digna erãt quæ ſeruarẽtur. Itaque *eccleſiæ traditio etiam citra ſcripturam obſeruanda eſt. hæc ille.* En *quã planè tã apoſtolus quã eius inſignes interpretes teſtãtur multa ab ipſis apoſtolis tradita etiam ſine literis, ſeu quæ ſcripta nõ ſunt: eadẽq; fide digna eſſe hæc atq; illa: ita vt vtraq; digna ſint quæ ſeruẽtur.* Baſilius *lib. de ſpirituſancto cap.* 27. *ſententiã noſtrã ita confirmat.* Dogmata *quæ in eccleſia ſeruantur ac prædicantur, partim ex ſcripta doctrina habemus, partim ex apoſtolorum traditione, ad nos delata in myſterio recepimus: quæ eandẽ ad pietatem vim habent.* Et *nemo eis contradicit qui vel modicum ſaltem eccleſiaſticorum iurium experientiam habet.* Si *enim aggrederemur cõſuetudines non ſcriptas velut non magnam vim habentes, reiicere, imprudentes etiã ipſis principalibus* Euãgelij *partibus dãnum inferremus: imo ipſam*

dogmata eccleſiæ partim ſcripta, partĩ ab apoſtolis tradita eſſe.

pſam Euangelij prædicationem, ad nudũ nomen contraheremus. Verbi gratia, vt eius quod primum et communiſſimum eſt, mentionem faciamus, figura crucis ſignare eos qui in nomen domini Ieſu ſpem habent, quis ſcripto docuit? ad orientem conuerſos eſſe dũ oramus, quæ ſcriptura nos docuit? Non enim contenti ſumus iis quorum Euangelium vel Apoſtolus mentionem fecit: ſed & ante & poſtea quædam alia dicimus velut magnum robur ad myſteria habentia ex doctrina aſſumpta, non prodita ſcripto. ſequitur. Aliqua tradita ſunt citra ſcriptum, vt dogmatum cognitio nõ veniret in contemptũ apud vulgus propter conſuetudinem. Aliud enim eſt dogma: aliud prædicatio. Dogmata ſilentur: prædicationes, publicãtur. hæc ille. En *vt circiter à .1200. annis Baſilius, cuius doctrina (ſi Trithemio credimus) tantæ fuit auctoritatis apud Græcos, vt ei cõtradicere non auderet quiſquam, apertè teſtatus eſt, inſtitutionum ſeu dogmatum*

Euangelio ſcripto, vel apoſtolicis ſcripti, cõtẽti nõ ſum⁹.

quæ

quæ in eccleſia ſeruantur & prædicantur, quaſdam per ſcripturã, quaſdam ſine ſcriptura per Apoſtolorum *traditionẽ ad nos perueniſſe: easq́ue & illas eandem vim ac virtutem ſeu poteſtatem ad pietatem ſeu ad* Euangelicam *obſeruationem habere. Itemq́ue contemnere, & tanquam nõ magnam vim habentes exiſtimare eccleſiaſticas inſtitutiones nõ ſcriptas, quæ per apoſtolos ad nos peruenerunt, ſit contrahere* Euangeliũ *ad nudum nomen.* Porrò quòd *non ſumus contenti tãtum iis quorum meminit* Euangelium *vel apoſtolus: ſed quædam antequam vel* Euangelium *, vel quæ ab apoſtolis ſunt literarum monimentis prodita ſcriberentur, & quædam poſt, nõ ſcripto commendata, tradita ſint, magni roboris.* Damaſcenus *lib. 4. orthodoxæ fidei, cap. 13. loquens de quibuſdam ceremoniis, quarum ſcriptura nuſquam meminit. demum ſubdit.* Multa *ſine ſcripto nobis tradita ſunt.* Vtq; *doceret vnde illa tradita forent, cõtinuò ante habet illam traditionem*

tionẽ(de qua agit)eſſe apoſtolorũ ſeu ab apoſtolis.Hieronymus tomo.2. aduerſus Mõtanũ:in Epiſtola cuius initiũ eſt. Teſtimonia de Ioãnis euãgelio,ferè in medio Epiſtolæ dicit. Nos vnã quadrageſimã ſecundũ traditionẽ apoſtolorũ toto anno tẽpore nobis cõgruo ieiunamus.Cõpertiſſimũ autẽ eſt id quadrageſimale ieiuniũ,nec in euãgelio,nec ĩ ſcriptis apoſtolorũ vſquã ꝓditũ eſſe:et ita Hieronymum, qui aſſerit nos id ex apoſtolorũ traditiõe ieiunare,ſẽtire quædã ab apoſtolis tradita,quæ ſcripto nõ cõmẽdarũt.Auguſti.to.2. epi.118. ad Ianuariũ de ritibus eccleſiæ, in eãdẽ cũ cæteris patribus, manibus pedibusq́; (vt aiũt)itſentẽtiã dicẽs.Quæ nõ ſunt ſcripta, ſed tradita cuſtodimus, vt quæ toto orbe terrarũ obſeruãtur,dãtur intelligi vel ab ipſis apoſtolis,vel à plenariis cõciliis cõmẽdata atq; ſtatuta retineri.hæc ille.Quibus verbis id receptiſſimũ fuiſſe ſuo tẽpore docet Auguſti.quod quædã nõ ſcripta cuſtodirẽtur toto orbe terrarũ quaqua ſe diffudiſſet

diſſet eccleſia,quæ ab ipſis Apoſtolis tradita fuerant: quædã autẽ,à plenariis conciliis. Cæterorũ patrũ ad id teſtimonia prætereo, quũ hæc homini ꝑfidia nõ cõuoluto nec ꝑtinaci, ſufficiãt. Ex his colligimus cũ Auguſtino,plurimas eccleſiaſticarũ ac catholicarũ obſeruationũ à Chriſto cõtinuò manaſſe: quaſdã ꝑ apoſtolos: & ita nõ ſũt pure humanæ cõſtitutiões,ſed diuinæ. Collectionẽ hãc eſſe rectã doceo. Siquidẽ eorũ quæ chriſtus ipſe,aut ꝑ apoſtolos ſuos tradidit, multa ſacris literis nõ expreſſa,docuimus. Ex iis autẽ in ſcriptis nõ expreſſis credẽda ſunt eſſe quæ apoſtoli ipſi catholicam ſeu vniuerſã eccleſiã docuerũt,et ſuis diſcipulis tradẽda commiſerũt: ij quoq; ſuis poſteris,ita vt continua ſucceſſione ad nos vſq; pertigerint. Obſeruationũ catholicarum ſeu eccleſiaſticarum quaſdam in defunctorũ inhumatione piorũ ac ſanctorũ: quaſdã in miſſæ ſacrificio: quaſdã in monachatus ſuſceptione Dioniſius Areopagita Pauli diſcipulus recẽſet,aliasq; multas vt patet

patet toto libro eccleſie Hierarchie,*earũq; non nullas exprimit ab apoſtolis traditas.*

Quadrageſimale ieiuniũ à Chriſto traditum eſſe.

Sic quadrageſimam Hiero. *vt prius oſtẽdi,teſtatur ab eccleſia ſeruari ex* Apoſtolorum traditione*.* Proinde non improbabile eſt obſeruationem ipſam quadrageſimalẽ à Chriſto traditã:quũ etiã Apoſtolorũ diſcipuli eius meminerint,non aliũde acceptæ quã ab ipſis Apoſtolis ſi Hieronymo credimus.Nec mihi fit veriſimile iã illo tempore apoſtolorum in eccleſia ſeruatam, niſi ex apoſtolorum doctrina. Ignatius Ioannis Apoſtoli diſcipulus iam eius meminit in Epiſtola ad Philippenſes ferme in fine. Statim poſt eum Tertulianus lib.de reſurrectione carnis. Continuò poſt hunc & Origenes homilia decima in Leuiticum prope finẽ homiliæ illius. Poſt hos Chryſoſtomus hom.30.in geneſim:& to.5.homi. 73.ad populũ Anthiochenum.Eodem ferme tempore Hieronymus vt ſupra:& comment.in.3.cap. Ionæ prophetæ.Eodem ferè tempore Auguſti-

nus

*nus Epiſtola illa.118. de ritibus eccleſiæ
ad Ianuarium, vbi dicit, Quadrageſima
ieiuniorum, auctoritatem habet & in ve-
teribus libris, & ex Euangelio. Sub idem
tempus. Petrus Rauennas, qui & Criſo-
logus, ſermone. 11. tractans illam Mat-
thæi ſententiam. 4. cap. Quum ieiunaſſet
40. diebus & 40. noctibus, dicit. Videtis
fratres, quia quòd quadrageſimam ieiuna
mus, non humana inuentio: auctoritas eſt
diuina: & eſt myſticum, non præſumptum:
nec eſt de terreno vſu, ſed de cœleſtibus eſt
ſecretis. Expende quam inſignes & ſan-
cti doctores, omnes ante mille centū qua-
draginta annos quadrageſimalis obſerua-
tionis meminerint: & eorum quidam aſſe-
runt eam non ex humana inuentione eſſe,
ſed auctoritatē à deo habere: ad nos quo-
que ex apoſtolorū traditione perueniſſe.
Veritati quoq; non diſſonum videtur no-
bis, ſi dierum feſtorum quorūdam obſerua
tionem, aut ab ipſo Chriſto, aut à ſpiritu
ſancto per apoſtolos emanaſſe profiteatur*

quis

Diei dominici obſeruationẽ eſſe iuris diuini. *quis.* Proinde diei dominici obſeruationẽ, *non tãtũ humani, verũ etiam diuini iuris eſſe, nõ deſunt qui ſentiãt, licet in ſacris nõ exprimatur quod ſabbati loco ſeruari iubeatur.* Exinde fit vt eius diei Ioannes A-*poca.cap.*1.*meminerit:* Ignatius *quoq; diſcipulus eius epiſtola* 6.*quæ eſt ad* Magne*ſianos, eiuſdẽ ita meminit, eũq; docet obſeruandum.* Pro *ſabbatizatione, diẽ feſtum (ait) celebret omnis* Chriſtianus *dominicã reſurrectionẽ, regalẽ omniũ eminentiſſimam dierũ. Cõſtat id ab vniuerſa eccleſia chriſtiana fieri: quũ is dies dominicæ reſurrectionis ſit quẽ & nos dominicũ diẽ nominamus, quẽ pro ſabbatizatione celebramus.* Et *licet ĩ quibuſdã cõciliis, vt in* Lao-*dicẽſi phrigiæ, dictũ ſit et decretũ* Iudæo-*rũ ſabbatũ in dominicũ cõmutari, videtur fuiſſe tãtum declaratio eius quòd iã prius à deo fuerat inſtitutũ, & ab omnibus ferme obſeruatum: at cõtra quoſdam repetitum & enuntiatum q adhuc ſabbatũ* Iu-*dæorum obſeruabãt. Quod autẽ iã antea: imò*

imò apoſtolorum tẽpore ſeruaretur is dies feſtus dominicus, ſatis videtur apoſtolus docere prioris ad cor.cap.16.ſic.Per vnam ſabbati vnuſquiſq; veſtrum reponat apud ſe recõdẽs quòd ei bene placuerit. Illa vna ſabbati ſecundum Chryſoſtomũ ho.43. in priorẽ ad cor.et Theoph.in eundẽ locum: & gloſ.quã ordinariã nominamus: et Lyranũ:imò & ſecundũ Sedulium Hybernicum qui & ſcripſit ante mille cẽtum quadraginta annos,in eundẽ locũ eſt dies quẽ dominicum nominamus: q̃ diem in citatis locis Chryſo. Theop.et Sedulius teſtãtur ab apoſtolo expreſſũ ad collectiões ꝓ pauperibus faciẽdas,eo quod quietis et ceſſationis ab operibus ſeruilibus eſſet: & ita eleemoſinis erogãdis aptior quam cæteri dies,quũ mens piis operibus magis intenta. Sic quoq; de multis aliis diebus feſtis et obſeruationibus eccleſiaſticis:de quibus à Chriſto vel ab apoſtolis traditis citra ſcripturã,eſt cẽſẽdũ vt de iis quæ in ſcriptura ſacra exprimũtur. Vt enĩ horũ quædã ſub præcepto:

Traditionum ſiue ſcriptarũ ſiue traditarum quędam ſub pręcepto, quæ dã tantũ ſub conſilio.

precepto,quædã ſub cõſilio, et eorũ vtiles inſtitutiones tradũtur,ita de illis eſt cẽſendũ. Quũ igitur quaſdã obſeruationes eccleſiaſticas à Chriſto manaſſe dicimus,non tamen arbitrandum eas omnes ſub præcepto cadere. Quæ verò præceptæ ſint,aut quæ tantum conſultæ,vt deſcriptis, eccleſiæ iudicio ſtandum erit.

Sexta Propoſitio.

Ceremonias eccleſiæ catholicæ, ex parte à Chriſto manaſſe: & quę à Chriſto non continuò manarunt,eę non vanę nec ſuperſtitioſæ ſunt: imò pietatis & fructus non nihil adferunt.

Spiritum oretenus nonnulli ferentes, in quibus aduerſus ſpiritum caro præualuit omnino,vniuerſas etiam eccleſiæ catholicæ ceremonias externas ita blaſphemo ore dilacerant, vt ſimiorũ geſtus appellitent: id videlicet prætexentes Ioãnis 4. Deus tales quærit adoratores, qui adorent in ſpiritu & veritate. Idque prouerbiorum

*biorum 23. Præbe fili mi cor tuum mihi: nonnullasq; alias ſcripturæ à ſe non ſatis intellectæ, ſententias producentes. Non autem expendunt Chriſtum loquẽtem de ſpiritu nunquã excluſionis particulã adhibuiſſe:*Item*q; deum externis iis à ſpiritu proficiſcẽtibus coli. Siquidem dum voluntatis (quæ ſpiritus eſt) imperio eas ceremonias quis peragit vel in proteſtationem amoris, fidei, aut ſpei in deum, vt in recognitionẽ diuinæ ſupremæq; maieſtatis, in proteſtationem fidei* Trinitatis, *diuinitatis Chriſti & huiuſmodi, deum in ſpiritu adorat: deo quoq; cor ſuum præbet: quo nimirum corde deum colit & interiori actu, & exteriori ab interno proficiſcente & imperato.* Fit *autem nõnunquam vt ij à quibus peraguntur ceremoniæ, eas proteſtationes nec intelligant, nec actu intendant: at dum ij ſint in hac parte miniſtri eccleſiæ, aut in eius officij perſolutione eas peragunt, per eas quoq; cere-* Adorare deum in ſpiritu, quid.

 monias,

monias, deus in ſpiritu adoratur, dum per eas eccleſiæ ſpiritus deum adorare intendit. Cor deo *præbet qui ea quæ ſunt à deo præcepta vel cõſulta, verbo vel opere aut alias expreſſa, voluntariè, ſeu libera voluntate peragit: quòd etiam fit dum prædicto modo ceremonias ab eccleſia receptas & obſeruatas obſeruat.* Chriſtus *autem eas opere, magna ex parte docuit, qui ſeruandas eas ſuo monſtrauit exemplo: et ita in* Chriſtum *blaſphemam linguam laxare probãtur, qui earum obſeruationes ſimiorum geſtus nominitant, quum* Chriſtus *nõ paucas peregerit.* Siquidem, *vt dicitur* Matthæi. 26. *paßionis myſterium auſpicaturus, progreſſus puſillum (vltra videlicet tres* Apoſtolos*) procidit in faciem ſuã orans.* Item, *Lucæ.* 22. *Poſitis genibus orabat.* Marci *quoq;.* 7. *Suſpiciẽs in cælum, ingemuit,* R*urſus Lucæ decimo, dum rogaretur* Chriſtus, *quis noſter eſſet proximus, ſuſpiciens (ait)* Ieſus *dixit. Homo quidam &c.*

Cor deo prebere.

Chriſtus ceremonias ſeruauit.

&c. quę nimirum quatenus homo deum adorans exhibuiſſe non dubitatur adorans, inquam vt adorandum docuit, nēpe in ſpiritu. Deniq; *Lucæ vltimo, de* Chriſto *mox in cælum aſcenſuro, dicitur.* Eleuatis *manibus, benedixit eis.* Marci *quoq; decimo.* Ieſus *complexans paruulos, & imponens manus ſuper illos, benedicebat eos.* En vt Chriſtus *inter orandum, modo in faciem procumbit (quod à monaſticis canonicisq; cętibus, dum orationes proferuntur nonnunquam: in poſtremo hymnorum* verſu, *vel cōmuni illo ſanctiſsimæ* Trinitatis *cantico, Gloria patri etc. aut nominis* Ieſu *vel* Mariæ *expreßione fit) modo genua ponit: modo ſuſpicit in cælum: quòd & in priuatis aut ſubmiſſa voce expreßis orationibus interdū obſeruatur, nōnunquam & in publicis, altaq; voce pronunciatis: modo manus eleuās diſcipulis benedicit, quod epiſcopus, aut ſacerdos, aut aliàs in ſpiritalibus prælatus agit populo, manibus in cru-*

cis modum ductis benedicens: Modo *paruulis manus ſuperponit, eiſque benedicit: quod et facit epiſcopus in ſacris ordinibus cõferendis, aut alius quãdoque preſbyter abſolutionis beneficium conferens.* Quod *igitur* Chriſtus *ſua iam lege promulgata, aut eam euulgans: tam mortalis quã iam immortalis egit & exemplo ſuo docuit, quis ſimij geſtum appellitet, niſi blaſphemus, prorſum obcæcatus, quiq; frõtẽ perfricuerit?* Porrò *ſi eiuſmodi ceremoniæ, nempe, procidere in faciem: genua ponere: manus iungere leuareque inter orandum et venerandum deum ac ſanctos eius, ſimiæ geſticulationes fuerint, ergo* Chriſtus *eas agens, & exemplo ſuo peragere docens, non tantum ſimiæ geſtus expreſſit: ſed & mimum egit: quòd piis vereque chriſtianis auribus abſurdum non modo eſt, ſed etiam intolerabile. Ab apoſtolis & cæteris* Chriſti *diſcipulis, externas quoq; ceremonias inter adorandum deũ: id que*

Apoſtoli externas ceremonias ſeruauerũt.

idq́ue quemadmodum ab eo fuerant edocti (vt credendum eſt) et poſt acceptum ſpiritum ſanctum, & plenam Euangelicæ *veritatis agnitionem, obſeruatas, ſacræ palam faciunt ſcripturæ*. Proinde Petrus Tabite, *quæ dicitur* Dorcas, *ſuſcitationē à deo poſtulaturus, & ita adoraturus, genua poſuiſſe legitur* Actuum *cap. nono. Stephanus etiam prothomartyr (vt habetur* Actuum *cap. 7) poſitus genibus clamauit voce magna dicens.Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Quibus docetur vt ex inſigni charitate deum orans, & ita adorans, genua poſuit: imò externa ſenſibiliq́; prece (quia exclamans voce magna) præcatur, & non tantum ſpiritu, excludendo ſenſibilia.Sic* Act. 20. *memoratur vt* Paulus *poſt longam exhortationem ad* Miletanos *&* Epheſinos *epiſcopos, et maiores natu, poſitis genibus orauit cū oībus illis.* Item. *Act. cap.* 8. *Petrus et* Ioannes *in Samariam miſsi ad eos qui dei verbum rece-*

 perunt,

perunt, fuſa ꝑ eis oratione, manus imponebant ſuper illos: et accipiebant ſpiritum ſanctum. Ceremonias quas nec in ſacris expreſſas: nec à Chriſto vel eius apoſtolis obſeruatas in ſacris legimus, vt ſignaculo crucis ſignare: ad orientem conuerſos in templis orare: & huiuſmodi quas vniuerſalis obſeruat eccleſia, partim ab apoſtolis, partim à generaliſſimis cõciliis retinemus. Exordiar *autẽ probationem ab eo quòd quibuſdam minus apparens videtur.* Dionyſius Areopagita *lib. eccleſiaſticæ* Hierachiæ *cap.* 7. *Loquẽs de ceremoniis quæ in mortuorum ſepulturis exhibentur, et de orationibus quæ in mortuos fiũt, dicit.* Ea *oratio quam ſuper defuncto agit præſul, ex diuinis noſtris ducibus traditio peruenit ad nos.* En *vt ſuperorare mortuo, ex traditione apoſtolorum quos duces noſtros ſæpe nominat, ad nos perueniſſe aſſerit.* Nec *verò conſentaneum videtur eum* Pauli *diſcipulum, iam apoſtolorum tempo*ribus

Ceremoniæ vniuerſalis eccleſiæ, quas Chriſtus nec apoſtoli leguntur ſeruaſſe ſũt vel à Chriſto per apoſtolos, vel à cõciliis generalib⁹.

ribus tot ceremonias, quas accuratè tradit, ſcripto cõmendaſſe, niſi eas ab ipſis apoſtolis accepiſſet. T*radit autem ceremonias in baptiſmate: in monachatu: in mortuorum inhumatione, & alias plurimas in eccleſia ſeruari ſolitas, vt eſt à ſacerdotibus vel diaconibus cruciformi ſigno conſignari, eccleſiaſticæ* Hierar. *cap.* 5 *& innumeras alias ipſo toto libro, apoſtolorum temporibus iam ſeruatas.* Porrò *in dubium ſi quis cũ* Eraſmo *reuocauerit, an ij lib. qui* Dionyſio Areopagitæ *aſcribũtur, ſint eius, quũ ante mille trecẽtos triginta annos ab autẽticis patribus ac doctoribus in robur ſuarũ ſententiarum citati ſint ſub nomine* Dionyſii Areopagitæ, *cum* Eraſmo *nullatenus conſentire debet.* Origenes *enim* ꝗ *ante.* 1340. *annos ſcribere cepit. to.* 3. *homi.* 2. *in diuerſos ſic habet.* Et *vt ait magnus* Dionyſius Areopagita, *eſſe omniũ eſt ſupereſſentia & diuinitas. quã ſententiam habemus in eis quæ* Dionyſio

Dionyſii Areopagitæ ſunt lib. qui ei aſcribũtur.

 Areopagitæ,

Areopagitæ aſcribuntur, lib. de myſtica theologia. Damaſcenus quoq; ferme à mille ducẽtis annis, lib.1. de orthodoxa fide, cap.12. ita citauit. Quẽadmodum ſanctus ait Dionyſius. *Primarium dei nomen, eſt bonum.* Et *ne quis tergiuerſans dicat eum nõ eſſe* Areopagitã, *eodem lib. cap.15 dicit.* Vt *diuinus* Dionyſius Areopagita *dicit, quod deus eſt omnium cauſa & principium. Quam ſententiam habemus lib. de diuinis nominibus, cap.1.* R*urſus idẽ* Da*maſc. lib.2. cap.3. ait. Quemadmodum ſanctiſſimus, ſacerrimusq́; & deiloquentiſſimus* Dionyſius Areopagita *ait:* O*mnis diuinus ſermo, cæleſtes eſſentias nouẽ nominauit. quod eſt apud* Dionyſium *in lib. cæleſtis* Hierachiæ, *cap.6. Ampliorem huius probationem: &* Laurentij vallæ *ac* Eraſ*mi obiectionum dilutionem deſiderans in antilutero* Clithoueí *eas requirat.* H*æc enim tantum obiter interſeruimus, quæ nobis huius ſemper fidem fecerunt: & men-*

tem

tem noſtrã aduerſus Eraſmi et Vallę quaſlibet obiectiones firmarũt. ad cœptum autẽ inſtitutum redeamus, par eſt. Origenes to. primo, ho. 5. in numeros, noſtrã ita roborat ſententiam. In eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla quæ facere neceſſe eſt, nec tamen eorũ ratio patet omnibus. Nam quòd genua flectimus orantes: quòd ex omnibus cæli plagis ad ſolam orientis partem conuerſi orationem fundimus, nõ facilè puto cuiquam ratione compertum. hæc ille. Quibus docet ceremonias neceſſariò obſeruandas, iam apud totum orbem chriſtianum ante. 1350. annós viguiſſe. Tertulianus quoq; iã ferme à mille quadringentis annis ſuperſtes: & ita proximus apoſtolorum tempori, lib. de corona militis ait. Ad omnẽ progreſſum atq; promotum: ad omnem aditum & exitum: ad veſtitum & calceatum: ad lauacra & mẽſas: ad lumina: ad cubilia, ad ſedilia, quacunque nos conuerſatio exercet, frontem

crucis

crucis ſignaculo terimus. Harum *& eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum nullã inuenies:traditio tibi prætendetur autrix:conſuetudo, cõfirmatrix:fides obſeruatrix. hæc ille. Quibus docet iam ſuo tempore receptiſſimas illas fuiſſe ceremonias: fidemq́; obſeruatricem earum eſſe: proinde fidem in iis non eſſe qui eas aſpernantur,* Baſil.*magnus lib. de ſpiritu ſãcto.cap.27.aſſertionem noſtram apertiſſimè ſic confirmat.* Dogmataq́ue in *eccleſia ſeruantur ac prædicantur,partim ex cõſcripta doctrina habemus, partim ex apoſtolorum traditione ad nos delata in myſterio recepimus.Quæ eandem ad pietatem vim habent.Sequitur tandem.* Eius *quod primum & communiſſimum eſt, mẽtionem faciamus.* Figura *crucis ſignare eos qui in nomen domini* Ieſu *ſpem habẽt: ad orientẽ conuerſos eſſe dũ oramus,quæ ſcriptura nos docuit?* En *vt inter ea quæ ſine ſcripto ex apoſtolorum traditione in*

myſterio

myſterio recepimus, annumerat ceremonias ſignandi crucis figura: inter orãdum, in ſacris maximè, ad orientem cõuerti: eã quoq; doctrinam ceremonias obſeruandi, eandem vim ac virtutem ad pietatem habere, cum ea doctrina quæ ſcripto tradita eſt. Damaſcenus *lib.* 4. *orthodoxæ fidei, cap.* 13. *huic in hunc modum ſubſcribit.* Non *fortuito ad orientem adoramus: duplicem adorationem cõditori noſtro offerimus: vt & mẽte pſallimus, & labiis corporalibus ſequitur.* Non *ſcripta eſt hæc apoſtolorum traditio: nã multa ſine ſcripto nobis tradita ſunt.* En *vt inter orãdum ad orientem conuerti: & non tantum corde, ſed & corporalibus labiis, ſeu voce ſenſibili, deum laudare, ſit ex apoſtolorum traditione, licet non ſcripto tradita.* Epiphanius *lib.* 3. *contra hæreſes, in compẽdiaria veraq; doctrina de fide catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, in fine totius libri tertij, iis ita ſuffragatur, loquens de ipſa catholica*

&

*& apoſtolica eccleſia.*Oblationes *accipit à non iniuſtis,ſed à iuſte viuentibus.*Præ*ces autem aſsiduè imperat cum omni ſedulitate ac prolixitate & geniculatione in ordinatis diebus noctu diuq; ad deũ effundere.ſequitur.*Hic *eſt caracter* & *forma huius ſanctæ eccleſiæ catholicæ cũ ea quã ante declarauimus fide.*Et *hæc ſtatuta,ritusq́ue ac traditiones in ipſa habẽtur. hic eſt enim caracter eccleſiæ à lege et* Prophe*tis apoſtolisq; ac euãgeliſtis collectus veluti ex multis odoriferis virgultis ac medicamentis antidotus bona ad ſalutem vtẽtium præparata ex voluntate patris & filij & ſpiritus ſancti.hæc ille.*Q*uibus etiã ante mille ducentos annos teſtatur oblationes ab eccleſia,vel eius ſingularibus miniſtris à iuſtis accipi(quas impij quidam ſecum damnare contendunt) preces longas cum geniculatione ſtatutis tẽporibus noctu diuq; fundi: & ea ſtatuta,, eos ritus, easq́ue traditiones haberi tunc iam,colligiq́ue*

giq́ue tam à Prophetis quam ab apoſtolis & Euangeliſtis. Chryſoſtomus to. 4. homi. 12. in priorem epiſtol. ad cor. cõtendens eliminare ſuperſtitiones non paucas, quæ circa pueros recenter natos aut baptizatos, ſuo tempore fiebãt, Oporteret (ait) vt fronti crucem inſcriberes, quæ tibi certiſsimam præberet cautionem. Tu autẽ iis (nempe crucis obſignationibus) omiſsis in ſatanæ procidis amẽtiã. Quòd ſi cui hæc (videlicet, eas ſuperſtitiones ſeruare prætermiſsis obſignationibus crucis) parua videãtur, intelligat velim quam magnorum ea ſint cauſa malorũ: & quod ne ipſi Paulo viſũ eſt vt parua cõtemnerentur. Quid enim (quæſo) minus eſt quam quòd homo caput operiat? Sed vide quod id vehementer probibeat pri. ad cor. 11. & inter alia ne vir caput ſuum deturpet: quòd ſi operuerit, deturpabit. Qui verò id luto illiniuit (vt ab his in quos inuehitur, ſuperſtitioſe fiebat circa pueros priuſqnã baptizarentur

zarentur) quomodo nõ abominabilem facit filium? ſequitur. Nolite hæc fratres: ſed à primis annis filios veſtros ſpiritualibus armis muniatis: & cruce frontem ſibi ſignandam erudiatis: & priusquam ipſi per ſe facere poßint, vos id facite. hæc ille. Vide quam apertè que ſuperſtitioſa erãt taxans, monet, et ſpiritualibus armis munire vocat, frontem crucis munire ſignaculo: liberos quoq; docet erudiẽdos ſe crucis figura ſignare: ac dum adhuc id præſtare ipſi paruuli nequeant, à parentibus aut curatoribus eis eſt exibendũ. Si quæ nimirũ ſint ceremoniæ catholicæ eccleſiæ ſemper communes, quæ nec in ſacris exprimantur nec ab apoſtolica traditione manaſſe probentur, à generalibus ſaltem cõciliis originem duxiſſe eas credamus par eſt: & ita nullatenus contẽnendas. Auguſtinus to. 2. epi. 118. quæ eſt ad Ianuarium, inſcripta de ritibus eccleſiæ, tam lucidum iis teſtimonium perhibet, vt aliud addere non ſit neceſſe.

neceſſe.ait enim.Quæ non ſunt ſcripta,ſed tradita cuſtodimus,quæ quidem toto orbe terrarum obſeruantur,dãtur intelligi,vel ab ipſis apoſtolis, vel plenariis conciliis (quorum eſt in eccleſia ſaluberrima autoritas)commendata atq; ſtatuta retineri. vt quòd domini paſsio,reſurrectio, in cælum aſcenſio, & aduẽtus ſpirituſſancti de cælo,anniuerſaria ſolẽnitate celebrentur: & ſi quid aliud eſt quod ſeruetur ab vniuerſa quacunq; ſe diffuderit eccleſia.hæc ille. Quibus colligimus eas ceremonias quas ante plenaria concilia, vniuerſa catholicáq; ſeruauit eccleſia, vt ſunt quas Diony. Areop. Tertul. & alij nõnulli memorãt fuiſſe traditas ab apoſtolis. Siquidẽ primum conciliũ plenarium fuit Nicenũ: quod(vt vult Euſe. Cæſariẽſis in cronico) celebratũ fuit,anno à Chriſto paſſo circiter 264. & ita quæ tempus id præceſſerunt,à plenariis conciliis nõ emanarũt: igitur ab apoſtolis,ſi Auguſtino credimus.

Ceremonias

Ceremoniæ eccleſię nō ſuperſtitioſę ſed pię ſunt & vtiles.

Ceremonias autē à Chriſto ſeruatas tam inter euulgādum Euangelium, quam poſt ipſum euulgatum ac poſt reſurrectionem, vanas aut ſuperſtitioſas fuiſſe vel nūc eſſe, nemo niſi blaſphemus aſſerit: imò pietatis nonnihil habent dum altero dictorum modorum, à pio voluntatis imperio proficiſcantur. N*am omnis actio, omniſque ſaluatoris noſtri* I*eſu* C*hriſti ſermo, pietatis & virtutis regula eſt, vt expreſſe vult* B*aſilius lib. exercitatoriarum conſtitutionum, cap. primo.* I*d idem de iis quæ tam ab apoſtolis, quam à plenariis conciliis legitimè congregatis, in catholicam eccleſiam deſcenderunt, ſentiendum eſt, quum teſte* C*ypriano ſermone de ablutione pedum, ipſe* C*hriſtus ſui ſacramenti fuerit inſtitutor & autor: in cæteris verò, homines ſpiritum ſanctum habuere doctorem:* E*t vt par eſt ſpirituiſancto &* C*hriſto diuinitas, ita in ſuis inſtitutis æqua eſt autoritas & poteſtas.* N*ec minus ratū eſt quòd dictante*

dictãte ſpirituſancto apoſtoli tradiderũt,
quam quòd ipſe tradidit. hæc ille. Quibus
docet quæ apoſtoli, vel cæteri homines di-
ctante ſpirituſancto tradunt (quod fit ab
vniuerſali concilio legitimè congregato)
non minus ratum aut tenendum, quã quòd
Chriſtus ipſe tradidit. Propoſitionẽ, patrũ
ſententiis ita firmamus. Hieronymus to. 1.
Epiſt. de morte Nepotiani ad Heliodorũ,
cuius initium eſt. Grandes materias &c.
Vbi defunctum Nepotianum de piis ope-
ribus cõmendat, ait. Erat ſolicitus ſi alta-
re niteret: ſi parietes abſq; fuligine: ſi pa-
uimẽta terſa: ſi vela ſemper in oſtiis: ſi ſa-
crarium mundum: ſi vaſa luculenta: & in
omnes ceremonias pia ſolicitudo diſpoſita.
ſequitur. Baſilicas eccleſiæ & martyrum
conciliabula, diuerſis floribus, & arborũ
comis, vitiumq; pampinis adumbrabat, vt
quicquid placebat in eccleſia, tam diſpoſi-
tione quam vſu, presbyteri ſtudium & la-
borem teſtaretur. En quã appoſite ſeduli-

tatem,& ſolicitudinem obſeruationis ceremoniarum,in ipſius Nepotiani *laudem profert* Hieronymus : *eam ſolicitudinem in ceremonias piam nominat* . Non *eſt ſolicitudo in aliquam operationem pia, niſi ipſa operatio pietatis nõnihil habeat: ſaltẽ niſi ſit ab omni vanitate ſuperſtitioneq́; longe aliena.* Idem *commentariis in* Paulum,*in id tertii cap. ad* Ephеſios. *Curuo genua mea ad patrem domini noſtri* Ieſu *&c.* Poſtquam *docuit potiſſimam genuflexionem eſſe in animi ſubmiſſione interna, mox ſubdit.* Hæc *ſpiritualiter exponẽtes, non ſtatim iuxta literam orandi conſuetudinem tollimus, qua genu poſito ſuppliciter adoramus: & fixo in terram poplite, magis quòd ab eo poſcimus impetramus.* Legimus Paulum *ſic oraſſe : & geniculationes in oratiõe præceptas. hæc ibi.* Quibus *teſtatur, vt per orationem quæ fit genu poſito (cæteris paribus) quòd poſcimus, magis impetramus.* Quòd *nimirum nõ eſſet,*

ſet, ſi genuflexiones & huiuſmodi cere-remoniæ ſuperſtitioſæ forent aut vanæ. Si quidem per ea quæ ſuperſtitioſa ſunt aut vana, apud deum non magis impetramus, quam alias impetraturi fueramus. Ter-*tulianus lib.* ad Scapulam *iis ſuffragatur dicẽs.* Marcus Aurelius *in germanica expeditione, chriſtianorum militum orationibus ad deum factis, in ſiti illa impetrauit.* Quando *non geniculationibus & ieiunationibus noſtris, etiam ſiccitates noſtræ depulſæ ſunt? hæc ille.* Vnde *colligimus geniculationes ab animo pio natas, deo gratas eſſe, quum eas acceptet, (vt hic cernere eſt) ad ſiccitates depellẽdas, aut ad aliqua bona conferenda. Quas etiam ſi deus non acceptet ad boni quidpiam conferendum, aut malum depellendum, adhuc nec inanes, nec infructuoſæ ſunt.* Auguſtinus *enim tomo.* 4. *lib. de cura pro mortuis agẽda, cap.* 5. Docet *quendam ſpirituale ſequi fructum ex iis, ſic.* Orantes, *de membris ſui*

H ii *corporis*

Ceremoniæ quid iuuent ſpiritum.

corporis faciunt quòd ſuplicantibus congruit quum genua figunt: quum extendũt manus, vel proſternuntur ſolo, et ſi quid aliud viſibiliter faciunt: quamuis inuiſibilis eorum voluntas & cordis intentio, deo nota ſit: nec ille indigeat iis indiciis vt humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum gemendumq́; humilius atq; feruentius. Et *neſcio quomodo quum hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poſſint: eiſdemq́; rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit, quia facta ſunt creſcit. hæc ille.* Expende *vt ad humilius ac feruentius orandum aut de perpetratis malis gemendum, per has ceremonias homo eas agens excitatur:* Et *quomodo eam mentis piam affectionem à qua manarunt, augẽt & quodammodo ampliant: et ita actus is interior per eas auctus, melior et præſtã-*

tior

tior deoq; gratior redditur. Lactantius pariter.lib.4.diuinarum inſtitutionũ, qui inſcribitur, de vera ſapientia, vbi capite.26.multa diſſeruit de crucis obſignatione in hominis fronte, mox capite.27. dicit. Nunc ſatis eſt me de huius ſigni potentia quãtum valeat, exponere. Quanto terrori ſit demonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit quatenus adiurati per Chriſtum, de corporibus quæ obſederint, fugiant. Nam vt ipſe (Chriſtus) quum inter homines ageret, vniuerſos demonas verbo fugabat, hominumq; mentes æmotas & malis incurſibus furiatas, in ſẽſus priſtinos reponebat, ita nunc ſectatores eius, eoſdem ſpiritus inquinatos de hominibus, & nomine magiſtri ſui, & ſigno paſſionis excludunt. Cuius rei non difficilis eſt probatio. Nam quum diis ſuis immolant idololatræ, ſi aſſiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant: nec reſponſa poteſt cõſultus reddere vates. hæc ille: Qui-

Ceremoniarum virtus.

bus docet ceremoniam obſignandi ſe crucis ſigno, plurimũ valere ad dæmones repellendos, & eorum fraudes arcendas. & ita ea externa non modo non ſunt ſimiarũ geſtus: Verum quoq; ſunt admodũ vtilia, dum à recta mente proficiſcuntur.

Septima Propoſitio.

Ceremonias plurimas quas in baptizatione, catholica nunc obſeruat eccleſia, iam Apoſtolorum temporibus & continuò poſt, prȩter eſſentialia baptiſmi, obſeruatas eſſe.

Quos ſuo dæmon ita ſubiugatos habet imperio, vt vnitatis eccleſiæ rumpẽtes integritatẽ, à fide catholica defecerint, quẽadmodum angelicæ Hierarchiæ *ſoluẽs ille pacem, ab autoris deſciuit obſecundatione, ſui perſimiles plærunq; reddit.* Cur *(ait hic ad* Euã *) præcepit vobis deus, ne comederetis de omni ligno paradiſi?* Cur *(aiunt & illi) tot ceremonias in baptiſmo conferendo nũc obſeruãt ſacerdotes, quas*

de

de ſacramenti neceſsitate non eſſe norunt: nec in ſacris habentur? Quibus reſponſum ſit. Quemadmodum in conſecratione et ſacrificio miſſæ, plurima ab apoſtolis & ſanctis patribus in maiorem tanti ſacramẽti, tamq; ſuſpiciendi ſacrificii venerationem adiecta ſunt ſupra eſſentialia et ea quæ cõtinuo ſunt à Chriſto inſtituta: ſunt interim tamen ab ipſo conſecrante ſacrificanteq́; ſacerdote, neceſſario obſeruãda: ſic ex traditione iam apoſtolorum tẽporibus obſeruata ab vniuerſa eccleſia, maximè ex quo pace vel aliquantula donata fuit, ad ampliorem tam fructuoſi ſacramenti venerationem, & ad inſinuandum per externa ſigna, quæ ſpiritaliter ac inuiſibiliter per eã ſacramenti ſuſceptionem aut collationem geruntur, ceremonias eas extra neceſsitatẽ, hactenus quoq; catholica ſeruauit eccleſia. Vero nimirum mihi perſimile fit, vt magna ex parte per apoſtolos eccleſiæ traditæ ſint, quum eorum tẽporibus ex parte obſeruarentur,

Ceremoniæ in baptiſmo cur vltra neceſsitatẽ ſacramenti: & quando cœperũt.

obſeruarentur, & ab ipſiſmet (ſi Clementi credimus) ſeruatæ ſint. Clemens enim lib. 3. recognitionum, dicit Petrum *apoſtolum ad populum Cæſarienſem, inter prædicandum hoc dixiſſe. Si quis veſtrum deſiderat baptizari. &c. ſequitur.* Accedat *ergo qui vult ad Zachæum (quem vt ibi videre eſt, epiſcopum Cæſarienſem inſtituerat) & ipſi det nomen ſuum: atq; ab eo audiat myſteria regni cælorum: ieiuniis frequẽtibus operã impendat. vt tribus his mẽſibus cõſummatis, in die feſto poſſit baptizari.* Baptizabitur *aũt vnuſquiſque veſtrum in aquis perennibus nomine trinæ beatitudinis inuocato ſuper ſe perunctus primò, oleo per orationem ſanctificato: vt ita demum per hæc conſecratus, poſſit percipere de ſanctis.* Idem *epiſtola 2. ad* Iacobum *fratrẽ domini teſtatur ſe ex beato* Petro *inter multa hoc quoq; didiciſſe. Si quis vult baptizari, accedat ad ſacerdotem ſuum: eique det nomen ſuum: ſequitur.*

Baptizetur

Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum aquis perennibus nomine trinitatis ſuper ſe inuocato, perunctus primum oleo per orationem ſanctificato: vt ita cõſecratus, poſſit percipere locum cum ſanctis. En *vt beatus* Clemens *duobus in locis, teſtatur ſe à beato* Petro *apoſtolo præceptore ſuo audiiſſe, vt baptizandi dent nomina ſua ſacerdoti: tribus menſibus ieiuniis & aliis piis operibus inſiſtant: tandem baptizabantur, & vngebantur oleo per orationẽ ſanctificato.* Eiuſmodi *vnctionis per oleũ oratione ſanctificatum: exhibitionis quoq; nominum et cæterorum multorũ quæ ibi, nuſquam ſacræ meminerunt literæ.* Nõ *autẽ eas peregit obſeruationes in die* Pẽthecoſtes, *dũ ad ſuã prædicationẽ (act.2) cõuerſos circiter ter mille homines baptizauit: tunc enim tantũ eſſentialia baptiſmi adhibuit.* At Paulatim *excreſcente, roburq́; ſumente eccleſia, idem* Petrus *(quòd de aliis quoq; apoſtolis cenſendũ eſt) quædam*

dam

dam ad maiorem ſacramenti veneratione͂, & ad eorum quæ ſpiritaliter ac inuiſibiliter ibi geruntur inſinuationem, adhibuit: niſi dum orbem percurrentes is & cæteri apoſtoli, eas obſeruationes commodè perficere nequirent, vt A*ct.*19.& A*ct.*8.*cap. Lucas innuere videtur. Dionyſius Areopagita in fide doctus à Paulo, vt patet act.*17.*cap.lib.eccl.*Hierachi*æ,cap.*2. *vbi præſcribitur.* M*yſterium, iis apertiſſimè ſuffragatur multis verbis has habens ſententias.* B*aptizandus, prius ter abrenunciat dæmonem: & omnibus veſtibus exutus, ſacrato oleo, tribus cruciformibus effuſionibus vngitur à ſacerdote: & chriſmate ſignatus, aqua ſanctificata tandem baptizatur.* E*n quam planè* P*auli diſcipulus id iam ſuo tempore obſeruatum, vt baptizandus diabolo renuntiaret: veſtibus exutus, in crucem ductis effuſionibus, oleo vngeretur: aqua etiam qua baptiſmus erat conferendus, prius ſanctificabatur.*

Hoc

Hoc proculdubio quod Clemens à Petro narrat obſeruatum:et Dionyſius ſuo tempore peractum, hi tam inſignes patres & apoſtolorum auditores nō ſcripſiſſent: niſi hic à Paulo vel aliis apoſtolis didiciſſet:et ille à Petro prædicatum adnotaſſet.

Tertulianus, apoſtolorum tēpori vicinus, lib. de corona militis. idē cōfirmat, dicens. An traditio non ſcripta, nō debeat recipi? Traditiones ſine vllius ſcripturæ inſtrumē to, ſolius traditionis titulo: exinde conſuetudinis patrocinio vindicabimus. A baptiſmate ingrediar. Aquam adituri, ibidem, ſed aliquanto prius in eccleſia ſub antiſtitis manu, conteſtamur nos renuntiare diabolo, & Pompe, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur amplius aliquid reſpōden tes quam dominus in Euangelio determinauit. Inde ſuſcepti lactis & mellis cōcordiā guſtamus: exq; ea die, lauachro quotidiano per totam ebdomadā abſtinemus. hæc ille. Quibus clarè docet, tametſi cere-

moniarum

moniarum huiuſmodi traditio non habeatur in ſacris ſcripturis, tamē obſeruari debet. In primisq́; ſermonem cõuertit ad eas, quas in baptiſmate ſeruari, lõgua iã conſuetudo obtinuit. Vnde & rectè colligimus eas non tantum ipſius tempore fuiſſe in vſu: ſed & longe ante, quum earũ obſeruationẽ conſuetudinis patrocinio vindicandam aſſerat. Non autem conſuetudinis patrocinio defendi poteſt, niſi quod iã diu, ſæpeq́ue fuit in vſu. Origenes tomo. 1. homi. 5. in numeros ante mille trecentos annos iis ſubſcribit, dicens. In eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla, quæ omnibus quidem facere neceſſe eſt: nec tamẽ eorum ratio omnibus patet. ſequitur. Eorũ quæ in baptiſmo geruntur verborum, geſtorumq́;, & ordinum atq; interrogationum & reſponſionum, quis explicet rationem? Et tamen hæc operta atque velata portamus ſuper humeros noſtros, quũ ita implemus ea, vt à magno pontifice atque

filiis

filiis eius tradita & commendata ſuſcepimus. En vt inter eccleſiaſticas obſeruationes, quas ſeruare neceſſe eſt, Origenes annumerat verba, geſta, ordines & interrogationes ac reſponſiones quæ in baptiſmo geruntur. Et licet earum traditionum rationes neſciamus, non tamen, vt hæretici, repellere vel cõtemnere debemus: ſed velatas & tectas portare debemus. Additq; eas à ſummo pontifice, nempe à Chriſto, & filiis eius .i. Apoſtolis aut eorum veris ſucceſſoribus, nobis traditas eſſe. Aſſerens autem eorum rationem nos nõ aſſequi tamen in humeros eas velatas nos portare, innuit curioſas quæſtiones, vt, cur eæ vel illæ ceremoniæ in iis eccleſiaſticis obſeruationibus gerantur, à chriſtiani mẽte, ſimul & ab ore, longe ſemouendas: & earũ rationes ſi non capimus (eas enim capere, perpaucis eſt datum) non minus tamen eas ſeruare deuincimur vbi ſeruari poſſunt. Cyprianus ſanctiſsimus Chriſti martyr et

epiſcopus,

epiſcopus, lib.1. Epiſtolarum, Epiſtola.12. iiſdem cõcinit ita. Vngi neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit vt accepto chriſmate, eſſe vnctus dei, et habere in ſe gratiam dei poßit. Porrò euchariſtia, & vnde baptizati vnguntur oleum in altari ſanctificatur. hæc ille. En vt is ſanctus Chriſti martyr, iam à mille trecentis annis teſtatus eſt, neceſſe eſſe eũ qui baptizatur vngi chriſmate ſeu oleo: eoq́ue in altari ſanctificato. Quod ſi vanum aut quomodolibet ſuperſtitioſum foret obſeruari, à tam ſanctis & antiquis patribus ac doctoribus, neceſſariũ nullatenus aſſereretur. Baſilius lib. de ſpiritu-ſancto cap.27. in eandẽ manibus (vt aiũt) & pedibus it ſententiam ita ſcribens. *Benedicimus aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, et ipſũ qui baptizatur. Ex quibus ſcriptis? nõne à tacita et arcana traditione? Ipſam verò olei illitionem, quæ doctrina ſcripta docuit? Reliqua quæ fiunt circa baptiſmum, renũtiare ſatanæ & angelis*

gelis eius,ex qua ſcriptura?nonne ex hac
non publicata & arcana doctrina? En vt
teſtatur ſuis quoque temporibus (nempe
ferme à mille ducentis annis) aquam vn-
de baptiſmus confertur: oleum quo vngi-
tur baptizatus aut baptizandus , ip -
ſum quoque baptizandum benedici:eun-
dem quoq; diabolo & angelis eius renũ-
tiare ſolere,licet nihil horum in ſacris ex-
primatur. Celeſtinus Papa,huius nomi-
nis primus,qui obiit anno domini. 433. &
ita ſcripſit ante mille centum quadraginta
quatuor ãnos,in ſuo decreto ad Veneriũ,
Marinum , Leontium , & cæteros gallia
rum epiſcopos,dicit. Illud quòd circa ba-
ptizãdos in vniuerſo mũdo ſancta eccleſia
vniformiter agit , non ocioſo cõtẽplamur
intuitu,quum paruuli,ſiue iuuenes ad re-
generationis veniũt ſacramentũ, nõ prius
ad vitæ fontem adeunt,quã exorciſmis &
exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis
immundus abigatur:vt tũc verè appareat

quomodo

tatem,& ſolicitudinem obſeruationis ceremoniarum,in ipſius Nepotiani *laudem profert* Hieronymus *: eam ſolicitudinem in ceremonias piam nominat*. Non *eſt ſolicitudo in aliquam operationem pia, niſi ipſa operatio pietatis nõnihil habeat: ſaltẽ niſi ſit ab omni vanitate ſuperſtitioneq́; longe aliena*. Idem *commentariis in* Paulum,*in id tertii cap. ad* Epheſios. *Curuo genua mea ad patrem domini noſtri* Ieſu *&c*. Poſt*quam docuit potiſſimam genuflexionem eſſe in animi ſubmiſſione interna, mox ſubdit*. Hæc *ſpiritualiter exponẽtes, non ſtatim iuxta literam orandi conſuetudinem tollimus, qua genu poſito ſuppliciter adoramus: & fixo in terram poplite, magis quòd ab eo poſcimus impetramus*. Legimus Paul*um ſic oraſſe* : & *geniculationes in oratiõe præceptas. hæc ibi*. Qui*bus teſtatur,vt per orationem quæ ſit genu poſito(cæteris paribus)quòd poſcimus, magis impetramus*.Quòd *nimirum nõ eſ-*

ſet,

ſet, ſi genuflexiones & huiuſmodi ceremoniæ ſuperſtitioſæ forent aut vanæ. Si quidem per ea quæ ſuperſtitioſa ſunt aut vana, apud deum non magis impetramus, quam alias impetraturi fueramus. Tertulianus lib. ad Scapulam iis ſuffragatur dicẽs. Marcus Aurelius in germanica expeditione, chriſtianorum militum orationibus ad deum factis, in ſiti illa impetrauit. Quando non geniculationibus & ieiunationibus noſtris, etiam ſiccitates noſtræ depulſæ ſunt? hæc ille. Vnde colligimus geniculationes ab animo pio natas, deo gratas eſſe, quum eas acceptet, (vt hic cernere eſt) ad ſiccitates depellẽdas, aut ad aliqua bona conferenda. Quas etiam ſi deus non acceptet ad boni quidpiam conferendum, aut malum depellendum, adhuc nec inanes, nec infructuoſæ ſunt. Auguſtinus enim tomo. 4. lib. de cura pro mortuis agẽda, cap. 5. Docet quendam ſpiritualẽ ſequi fructum ex iis, ſic. Orantes, de membris ſui

Ceremoniæ quid iuuent ſpiritum.

corporis faciunt quòd ſuplicantibus congruit quum genua figunt: quum extendũt manus, vel proſternuntur ſolo, et ſi quid aliud viſibiliter faciunt: quamuis inuiſibilis eorum voluntas & cordis intentio, deo nota ſit: nec ille indigeat iis indiciis vt humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum gemendumq́; humilius atq; feruentius. Et neſcio quomodo quum hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poßint: eiſdemq́; rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceßit, quia facta ſunt creſcit. hæc ille. Expende *vt ad humilius ac feruentius orandum aut de perpetratis malis gemendum, per has ceremonias homo eas agens excitatur:* Et *quomodo eam mentis piam affectionem à qua manarunt, augẽt & quodammodo ampliant: et ita actus is interior per eas auctus, melior et præſtã-*

tior

tior deoq; gratior redditur. Lactantius pariter. lib. 4. diuinarum inſtitutionũ, qui inſcribitur, de vera ſapientia, vbi capite. 26. multa diſſeruit de crucis obſignatione in hominis fronte, mox capite. 27. dicit. Nunc ſatis eſt me de huius ſigni potentia quãtum valeat, exponere. Quanto terrori ſit demonibus hoc ſignum, ſciet qui viderit quatenus adiurati per Chriſtum, de corporibus quæ obſederint, fugiant. Nam vt ipſe (Chriſtus) quum inter homines ageret, vniuerſos demonas verbo fugabat, hominumq; mentes æmotas & malis incurſibus furiatas, in ſẽſus priſtinos reponebat, ita nunc ſectatores eius, eoſdem ſpiritus inquinatos de hominibus, & nomine magiſtri ſui, & ſigno paſsionis excludunt. Cuius rei non difficilis eſt probatio. Nam quum diis ſuis immolant idololatræ, ſi aſsiſtat aliquis ſignatam frontem gerens, ſacra nullo modo litant: nec reſponſa poteſt cõſultus reddere vates. hæc ille: Quibus

Ceremoniarum virtus.

bus docet ceremoniam obſignandi ſe crucis ſigno, plurimũ valere ad dæmones repellendos, & eorum fraudes arcendas. & ita ea externa non modo non ſunt ſimiarũ geſtus: Verum quoq; ſunt admodũ vtilia, dum à recta mente proficiſcuntur.

Septima Propoſitio.

Ceremonias plurimas quas in baptizatione, catholica nunc obſeruat eccleſia, iam Apoſtolorum temporibus & continuò poſt, pręter eſſentialia baptiſmi, obſeruatas eſſe.

Quos ſuo dæmon ita ſubiugatos habet imperio, vt vnitatis eccleſiæ rumpẽtes integritatẽ, à fide catholica defecerint, quẽadmodum angelicæ Hierarchiæ *ſoluẽs ille pacem, ab autoris deſciuit obſecundatione, ſui perſimiles plærunq;* reddit. Cur *(ait hîc ad* Euã *) præcepit vobis deus, ne comẽderẽtis de omni ligno paradiſi?* Cur *(aiunt & illi) tot ceremonias in baptiſmo conferendo nũc obſeruãt ſacerdotes, quas*

de ſacramenti neceſsitate non eſſe norunt: nec in ſacris habentur? Quibus reſponſum ſit. Quemadmodum in conſecratione et ſacrificio miſſæ, plurima ab apoſtolis & ſanctis patribus in maiorem tanti ſacramēti, tamq́; ſuſpiciendi ſacrificii venerationem adiecta ſunt ſupra eſſentialia et ea quæ cōtinuo ſunt à Chriſto inſtituta: ſunt interim tamen ab ipſo conſecrante ſacrificanteq́; ſacerdote, neceſſario obſeruāda: ſic ex traditione iam apoſtolorum tēporibus obſeruata ab vniuerſa eccleſia, maximè ex quo pace vel aliquantula donata fuit, ad ampliorem tam fructuoſi ſacramenti venerationem, & ad inſinuandum per externa ſigna, quæ ſpiritaliter ac inuiſibiliter per eā ſacramenti ſuſceptionem aut collationem geruntur, ceremonias eas extra neceſsitatē, hactenus quoq; catholica ſeruauit eccleſia. Vero nimirum mihi perſimile ſit, vt magna ex parte per apoſtolos eccleſiæ traditæ ſint, quum eorum tēporibus ex parte

Ceremonię in baptiſmo cur vltra neceſsitatē ſacramenti: & quando cœperūt.

Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum aquis perennibus nomine trinitatis ſuper ſe inuocato , perunctus primum oleo per orationem ſanctificato: vt ita cõſecratus, poſſit percipere locum cum ſanctis. En vt beatus Clemens duobus in locis, teſtatur ſe à beato Petro apoſtolo præceptore ſuo audiiſſe, vt baptizandi dent nomina ſua ſacerdoti: tribus menſibus ieiuniis & aliis piis operibus inſiſtant: tandem baptizabantur, & vngebantur oleo per orationẽ ſanctificato. Eiuſmodi vnctionis per oleũ oratione ſanctificatum: exhibitionis quoq; nominum et cæterorum multorũ quæ ibi, nuſquam ſacræ meminerunt literæ. Nõ autẽ eas peregit obſeruationes in die Pẽthecoſtes, dũ ad ſuã prædicationẽ (act.2) cõuerſos circiter ter mille homines baptizauit: tunc enim tantũ eſſentialia baptiſmi adhibuit. At Paulatim excreſcente, roburq; ſumente eccleſia, idem Petrus (quòd de aliis quoq; apoſtolis cenſendũ eſt) quædam

dam ad maiorem ſacramenti veneratione͂, & ad eorum quæ ſpiritaliter ac inuiſibiliter ibi geruntur inſinuationem, adhibuit: niſi dum orbem percurrentes is & cæteri apoſtoli, eas obſeruationes commodè perficere nequirent, vt Act.19.& Act.8.*cap.* L*ucas innuere videtur.* Dionyſius Areo*pagita in fide doctus à* Paulo*, vt patet act.*17.*cap.lib.eccl.*Hierachiæ*,cap.*2.*vbi præſcribitur .* Myſterium*, iis apertiſſimè ſuffragatur multis verbis has habens ſententias.*Baptizandus*, prius ter abrenunciat dæmonem:* & *omnibus veſtibus exutus, ſacrato oleo, tribus cruciformibus effuſionibus vngitur à ſacerdote: & chriſmate ſignatus, aqua ſanctificata tandem baptizatur.* En *quam planè* Pauli *diſcipulus id iam ſuo tempore obſeruatum, vt baptizandus diabolo renuntiaret : veſtibus exutus, in crucem ductis effuſionibus, oleo vngeretur : aqua etiam qua baptiſmus erat conferendus, prius ſanctificabatur.*

Hoc

Hoc proculdubio quod Clemens à Petro narrat obſeruatum:et Dionyſius ſuo tempore peractum, hi tam inſignes patres & apoſtolorum auditores nõ ſcripſiſſent: niſi hic à Paulo vel aliis apoſtolis didiciſſet:et ille à Petro prædicatum adnotaſſet.

Tertulianus, apoſtolorum tẽpori vicinus, lib. de corona militis. idẽ cõfirmat, dicens. An traditio non ſcripta, nõ debeat recipi? Traditiones ſine vllius ſcripturæ inſtrumẽto, ſolius traditionis titulo: exinde conſuetudinis patrocinio vindicabimus. A baptiſmate ingrediar. Aquam adituri, ibidem, ſed aliquanto prius in eccleſia ſub antiſtitis manu, conteſtamur nos renuntiare diabolo, & Pompe, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur amplius aliquid reſpõdentes quam dominus in Euangelio determinauit. Inde ſuſcepti lactis & mellis cõcordiã guſtamus: exq; ea die, lauachro quotidiano per totam ebdomadã abſtinemus. hæc ille. Quibus clarè docet, tametſi cere-

moniarum

moniarum huiuſmodi traditio non habeatur in ſacris ſcripturis, tamẽ obſeruari debet. In primisq́; ſermonem cõuertit ad eas, quas in baptiſmate ſeruari, lõgua iã conſuetudo obtinuit. Vnde & rectè colligimus eas non tantum ipſius tempore fuiſſe in vſu: ſed & longe ante, quum earũ obſeruationẽ conſuetudinis patrocinio vindicandam aſſerat. Non autem conſuetudinis patrocinio defendi poteſt, niſi quod iã diu, ſæpeq́ue fuit in vſu. Origenes tomo. 1. homi. 5. in numeros ante mille trecentos annos iis ſubſcribit, dicens. In eccleſiaſticis obſeruationibus ſunt nonnulla, quæ omnibus quidem facere neceſſe eſt: nec tamẽ eorum ratio omnibus patet. ſequitur. Eorũ quæ in baptiſmo geruntur verborum, geſtorumq́;, & ordinum atq; interrogationum & reſponſionum, quis explicet rationem? Et tamen hæc operta atque velata portamus ſuper humeros noſtros, quũ ita implemus ea, vt à magno pontifice atque

filiis

filiis eius tradita & commendata ſuſcepimus. En vt inter eccleſiaſticas obſeruationes, quas ſeruare neceſſe eſt, Origenes annumerat verba, geſta, ordines & interrogationes ac reſponſiones quæ in baptiſmo geruntur. Et licet earum traditionum rationes neſciamus, non tamen, vt hæretici, repellere vel cōtemnere debemus: ſed velatas & tectas portare debemus. Additq́; eas à ſummo pontifice, nempe à Chriſto, & filiis eius .i. Apoſtolis aut eorum veris ſucceſſoribus, nobis traditas eſſe. Aſſerens autem eorum rationem nos nō aſſequi tamen in humeros eas velatas nos portare, innuit curioſas quæſtiones, vt, cur eæ vel illæ ceremoniæ in iis eccleſiaſticis obſeruationibus gerantur, à chriſtiani mēte, ſimul & ab ore, longe ſemouendas: & earū rationes ſi non capimus (eas enim capere, perpaucis eſt datum) non minus tamen eas ſeruare deuincimur vbi ſeruari poſſunt. Cyprianus ſanctiſsimus Chriſti martyr et

epiſcopus,

epiſcopus, lib.1. E*piſtolarum,*E*piſtola.12. iiſdem cõcinit ita.*V*ngi neceſſe eſt eum qui baptizatus ſit vt accepto chriſmate, eſſe vnctus dei, et habere in ſe gratiam dei poßit.* Porrò *eucharistia, & vnde baptizati vnguntur oleum in altari ſanctificatur. hæc ille.*En *vt is ſanctus* Chriſti *martyr, iam à mille trecentis annis teſtatus eſt, neceſſe eſſe eũ qui baptizatur vngi chriſmate ſeu oleo: eoque in altari ſanctificato.* Quod *ſi vanum aut quomodolibet ſuperſtitioſum foret obſeruari, à tam ſanctis & antiquis patribus ac doctoribus, neceſſariũ nullatenus aſſereretur.* Baſilius *lib.de ſpiritu-ſancto cap.27.in eandẽ manibus (vt aiũt) & pedibus it ſententiam ita ſcribens.* Benedicimus *aquam baptiſmatis, & oleum vnctionis, et ipſũ qui baptizatur.* Ex *quibus ſcriptis? nõne à tacita et arcana traditione?* Ipſam *verò olei illitionem, quæ doctrina ſcripta docuit?* Reliqua *quæ fiunt circa baptiſmum, renũtiare ſatanæ & angelis*

gelis eius,ex qua ſcriptura? nonne ex hac non publicata & arcana doctrina? En vt teſtatur ſuis quoque temporibus (nempe ferme à mille ducentis annis) aquam vnde baptiſmus confertur: oleum quo vngitur baptizatus aut baptizandus, ipſum quoque baptizandum benedici: eundem quoq; diabolo & angelis eius renũtiare ſolere, licet nihil horum in ſacris exprimatur. Celeſtinus Papa, *huius nominis primus, qui obiit anno domini. 433. & ita ſcripſit ante mille centum quadraginta quatuor ãnos, in ſuo decreto ad* Veneriũ, Marinum, Leontium, & *cæteros galliarum epiſcopos, dicit.* Illud *quòd circa baptizãdos in vniuerſo mũdo ſancta eccleſia vniformiter agit, non ocioſo cõtẽplamur intuitu, quum paruuli, ſiue iuuenes ad regenerationis veniũt ſacramentũ, nõ prius ad vitæ fontem adeunt, quã exorciſmis & exufflationibus clericorum ſpiritus ab eis immundus abigatur: vt tũc verè appareat*

quomodo

quomodo princeps huius mundi, mittatur foras. ſequitur. His *documentis ex autoritate diuina ſumptis, ita adiuuante domino confortati ſumus, vt omnium bonorum affectuum & operum quibus ab initio fidei ad deum tenditur, deum fateamur autorẽ.* En *vt iam ante mille centum quadraginta quinq; annos in vniuerſo mũdo, ſancta eccleſia circa baptizandos vniformiter agebat: vtpote, in exorciſmis, exufflationibus* & *cæteris eiuſmodi.* Cæterorum *patrum qui citra mille annos ſcripſerunt, teſtimonia vel à nobis fruſtra producerentur quum ab hæreticis à mille annis tantum aut citra excogitatæ dicantur obſeruationes eæ: vel quia in his qui citra tempus id ſcripſerunt, facilè inueniantur huiuſmodi teſtimonia, quæ cõtẽnerentur ab hæreticis.* Sufficiãt *igitur eæ ſãctorũ patrum apoſtolis contemporaneorum & diſcipulorum eorundem,* & *aliorum mox ſequentiũ ſententiæ, quibus patet ab apo-*

ſtolis

ſtolis (vbi cōmode fieri potuit) ab eorũ quo que ſucceſſoribus: imò ab vniuerſa eccleſia cōtinuò poſt diffuſionẽ Euangelij per orbem traditiones et ceremonias obſeruatas fuiſſe huiuſmodi: ita vt iam in conſuetudinem veniſſent ante mille trecentos octogin ta annos. Neminẽ igitur abſterreat ab iis ſatanicus ſibilus: nemo eas contemnat, ne Chriſtum, in apoſtolis ſaltem, eiuſq; ſponſam eccleſiam contemnat.

Octaua propoſitio.

Sacrificium ſub nomine miſſæ iam apoſtolorum temporibus, & continuò poſt, ſemper in eccleſia chriſtiana fuiſſe.

Sacerrimum illud Chriſti corpus in eucharistia quotidie offerendi, nō ex ſacerdotum auaritia: at potius ex Chriſti auto ritate & apoſtolorum traditione, conſuetudinem ad nos promanaſſe, et in primitiua eccleſia iã vſui fuiſſe, robuſtiſsimi euã-

gelicæ catholicæq́; fidei propugnatores, nempe Ioães Eckius : Albertus Pighius: Frater Alphonſus à Caſtro:Frater Ioannes à Gãdauo,*aliȷ́q́;nonnulli, diffuſiſſime latiſſimeq́; docuerunt:ita vt peruerſiſſimis vulpeculis dominicam vineam demoliri cõ tendentibus, in matrem eccleſiam obganniendi locus non ſit relictus.* At, *vt ſemper ſunt procaces,miſſæ nomẽ reſpunt tanquã recens ab hominibus veritatis expertibus (vt ementiuntur)effictũ.* Et vt *rem ipſam miſſæ,perditiſſimi,contemnunt, ita nomen quoque auerſantur.* Attendamus *igitur primum,quid nomen ipſum ſibi velit : & poſtmodum docebimus ipſum iam ab apoſtolorum temporibus,ad hanc vſq; ætatem in vſu fuiſſe,rei celebrationem à memoratis ſat oſtenſam omittentes.* Miſſa *enim vox eſt hebraica,vt videre eſt ex dictionariis hæbraicis:quæ latinè ſonat idem quòd*
Miſſa qd
oblatio,ſeu munus:ita vt deutero.cap.16. vbi habemus ſpontaneam oblationem,hebræi

bræi habent. פֶּסַח. Eſt igitur miſſa, ſacrificium, ſeu ſpontanea oblatio, deo facta de ſacro Chriſti corpore et ſanguine, in memoriam illius oblationis ſpontaneæ, qua ſemel in cruce patiendo, ſe deo patri pro nobis obtulit. Proinde apoſtolorum diſcipuli, ab iis apoſtolis (vt vero perſimile eſt) edocti: & primi eccleſiæ patres, ſacrificiũ eiuſmodi, miſſam appellare cœperũt. Aliàs autem rationes aut ethimologias nominis miſſæ prætereo, ſanctorum patrum doctrinam non quidam parui faciens, ſed breuitati ſtudens. Noſtræ ſententiæ fidem facit multorum veterum teſtimonium primum. Clemens apoſtoli Petri diſcipulus & comes, Epiſtola. 2. quæ eſt ad Iacobum fratrem domini, dicit. Oportet nos agnoſcere voluntatem domini, vbi ſacrificandi locus eſt: quoniam in aliis locis ſacrificare, & miſſas celebrare non licet, niſi in quibus epiſcopus proprius iuſſerit: aut ab epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet

Miſſę nomine ſacrificiũ iam apoſtolorũ tempore dici cœpit.

ciuitatem vbi conſecratus fuerit: Aliter *non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda.* Hæc *apoſtoli à domino acceperunt*: *& nobis tradiderũt*. En *vt nominat ſacrificare, miſſas celebrare deq́ue loco regulã præſcribit ob reuerentiam tanti ſacramenti et tam ſuſpiciendi ſacrificij*. Nec *horũ quidquam ab hominibus excogitatum commõſtrat: dominus enim (vt ait) hæc apoſtolis tradidit: apoſtoli verò, ſuis diſcipulis*. Non *ergo rem miſſæ, quæ eſt ſacrificare, nec nomen hominum auaritia effinxit*. Ignatius Ioannis *apoſtoli* & Euangeliſt*æ diſcipulus* Epiſtola *ſua decima, nempe quæ eſt ad Smyrnẽſes noſtrã ſentẽtiam ita cõfirmat.* Nõ *licet ſine epiſcopo, neque offerre, neq; ſacrificium immolare, neq; miſſas celebrare.* En *vt cum hoc quod eſt offerre & ſacrificium immolare, exprimit id quòd eſt miſſas celebrare.* Alexander *papa et martyr iis ex parte contemporaneus qui anno domini centeſimo vndecimo, quo ſanctus*

Simon

Simon apoſtolus Chriſti, *& ſucceſſor* Ia-*cobi epiſcopi* Hieroſolimitani, *crucifixus eſt, ad papatũ promotus eſt, vt patet in cro nico* Euſebij, *& in cronico cronicorum, & ita* Ioanni et Simoni *apoſtolis ex parte cõ tẽporaneus, in epiſtola ſua, quæ inſcribitur de ſacerdotibus nõ vexãdis, ait.* In *ſacramẽ torũ oblationibus, quæ inter miſſarũ ſolẽ-nia offerũtur, paßio domini miſceatur.* En *quam apertè exprimit vt inter miſſarum ſolennia fiat ſacramentorum, ſeu corporis & ſanguinis domini ſub ſacramento obla tio: miſſæque nomen & rem exprimit.*

T*eleſphorus* Papa *& martyr, apoſtolorũ diſcipulis contemporaneus: vt qui ſecundũ* Euſebium *Cæſarienſem in cronico: pariter ſecundum cronica cronicorũ, anno domini.* 131. *ad papatum ſublimatus eſt:* Po-*licarpus qui poſt* Ignatiũ *vixit*, Q*uadratum apoſtolorum diſcipulum, qui ſecundũ* Euſeb. *obiit anno domini centeſimo viceſimo, & aliquot aliorum audiiſſe vidiſſeque*

potuit: imo vixit iam eo tempore quo Simõ apoſtolus adhuc ſupererat: forſan & Ioãnis diebus aliquot. Is in epiſtola ſua, ſeu decreto ſuo docet iam ſuo tempore, rem & nomen miſſæ in frequẽti vſu fuiſſe, dicens. Nocte ſancta natiuitatis domini, tres miſſas celebrant (ſacerdotes videlicet, de quibus agit.) ſequitur. Reliquis temporibus, miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam non ſunt celebrãdæ. hæc ille. Hæc illo iam apoſtolorũ tempore, in vſu tam frequenti, vt non modo ſolennioribus diebus, ſed & reliquis temporibus frequentarentur non eſſent, niſi illa eccleſia foret id ab apoſtolis edocta. Sixtus, huius nominis ſecundus, factus papa anno domini 262. & ita ante mille trecẽtos annos, ſtatuit (ſi Platinæ libro de vitis põtificũ credimus) quò dmiſſa ſuper altare fieret: quod antea non ſemper obſeruabatur. quòd factum non eſſet ſi miſſa, res fuiſſet inaudita. Felix martyr & papa huius nominis primus, ad papatum aſſumptus anno

domini

domini.272. in decreto ſuo dicit. De eccleſiarum conſecratione, & miſſarum celebrationibus, non alicubi quàm in ſacratis domino locis, ſine magna neceßitate fieri debere liquet. hæc ille. Quibus verbis & hic innuit ſuo quoq; tempore, nempe, circiter à mille trecentis annis, miſſæ rem venerationi maximæ fuiſſe, quam decernit, aut rurſus declarat, citra neceßitatem magnam, non debere niſi in ſacratis domino locis celebrari: exprimitq; miſſæ nomen. Ambroſius epiſcopus Mediolanenſis, qui ferè à mille ducentis annis iam ſcribebat, palam indicat rem & nomen miſſæ ſuo tempore fuiſſe in vſu: qui in oratione ante mißam dicenda, ſermonem ad deum habens, ita ſcribit. Propter magnam tuã miſericordiam cõcede mihi miſſarum ſolennia puro corde celebrare. hæc ille. In qua oratione non videtur expreſſiſſe, niſi quòd tritum et ſuo tempore receptißimum eßet: nempe, mißas celebrare.

Leo papa, nominis huius primus, epiſtola 8. quæ eſt ad Dioſcurum Alexãdrinæ eccleſiæ epiſcopum, poſt illorum tempora: nẽpe mille centũ annis ante diem hunc: idem oſtendit ita ſcribens. Si tãta multitudo cõuenit, vt eam vna baſilica ſimul recipere nequat, ſacrificij oblatio indubitanter iteretur. ſequitur. Neceſſe eſt vt quædã pars populi ſua deuotione priuetur, ſi vnius tantum miſſæ ſacrificium offerre non poſſint, niſi qui prima diei parte cõuenerint. Specta vt ab hinc mille centum annis, Leo cum cæteris vocat miſſam ſacrificium: & miſſæ nomen exprimens, iubet ſolennioribus ſaltem diebus, miſſæ ſacrificium iterari, donec omnes, ſaltẽ ſucceſsiue poſsint in templo miſſæ adeſſe. Gregorius huius nominis primus: qui & vnus ex quatuor doctoribus eccleſiæ ad papatum ſublimatus, anno domini. 591. & ita ſcripſit ante nongentos ſexaginta annos: epiſtola. 37. tertij libri in regiſtro: quæ eſt ad Cõſtãtiũ

epiſcopum

epiſcopum Mediolanenſem, *dicit*. Quod *ſcripſiſtis quia quidẽ ſcandalizantur, quia* Ioannem Rauennatis *eccleſiæ epiſcopum, inter miſſarum ſolẽnia nominetis, requirẽda vobis eſt conſuetudo antiqua.* Et *ſi conſuetudo fuit, modo à ſtultis hominibus reprehendenda non eſt.* Idẽ *epiſtola ad* Leãdrum *epiſcopum* Spalenſem. Ex *benedictione beati* Petri, Pallium *vobis miſimus ad ſola miſſarum ſolennia vtendum.* En *vt miſſæ nomen, & in innumeris propemodũ aliis locis, rem ipſam per id nomẽ deſignatam, in vſu frequentiori fuiſſe ſubindicat.* Temporibus *cõtinuò ſuccedẽtibus, vtpote, vel ante octingentos, aut ſeptingentos annos, & pòſt, miſſæ rem et nomen vulgariſsimum, tritiſsimum, ac receptiſsimum in eccleſia catholica fuiſſe, tam hagiographi, quàm ciuilium rerum ſcriptores, ſatis innuunt.* Id ex Remigio, *lib. de officio miſſæ: ex* Iſydoro *libro de officiis, cap.* 15. Ex Hugone *de ſancto* Victore, *libris de ſacramẽtis*

tis:ex cæteriſque recentioribus, exploratiſsimum & compertiſsimũ eſt. Ob id prudens omitto concilium Braccarẽſe primũ, ferme à mille annis celebratũ, in quo multoties miſſæ nomen expreſſum eſt: & de ea rite celebranda, decreta ſunt condita. Item quoddam Agathenſe: in quo miſſas die dominico totas audire præcipitur. Cætera ſcripta noſtram ſententiam roborantia, breuitati ſtudens omittam: niſi quòd ex ciuilibus vnum proferam, ante ſeptingentos quinquaginta annos euulgatum. Carolus enim magnus, vt patet libro præcipuarum conſtitutionũ eius de rebus eccleſiaſticis et ciuilibus, ab eius nepote Lothario collectarum, dicit alloquẽs epiſcopos: Auditũ eſt aliquos presbyteros miſſas celebrare, & non communicare: quod in canonibus apoſtolorum interdictũ eſſe legitur. hæc ibi. En vt is gallorum rex & imperator magnificus, ſatis innuit miſſarũ celebrationem & nomen in vſu fuiſſe temporibus

poribus ſuis. His *igitur & aliis teſtimoniis, cuiuis chriſtiano vereq́; catholico perſuaſum ſit, id ſacrificium, & eam oblationem de* Chriſti *corpore & ſanguine paſſioneq́ue, deo factam, tam in re quã in nomine iam ab apoſtolorum tempore ad hos vſque dies, in eccleſia chriſtiana ſemper in vſu fuiſſe.* Huius *nimirum rei, nominisq́ue apoſtolorum diſcipuli iam illorum aliquorum tempore in ſuis ſcriptis meminerunt.* Nec *illi tantum: ſed & qui continua ſucceßione iis ſubſtituti ſũt. hactenus.* Proinde *qui rem miſſæ, per nominis ſepelitionẽ ac negationem, vel prorſum abrogare, vel parui ducere cum vuicleph & ſequacibus eius contendit, qui eam à* Chriſti *inſtitutione negauerunt, attendant iam in* Conſtantienſi *concilio, ſeßione octaua, damnatum hunc, qui ex. 45. eſt quintus, vuicleph errorem: quo aſſerebat, non eſſe fundatũ in* Euangelio, *quo* Chriſtus *miſſam ordinauerit.* Quod *intelligendum venit, quantum*

tum ad eſſentialia. Siquidem cerconias eius, & accidentalia multa, non continuò Chriſtus: ſed quædam beatus Petrus, *& beatus* Iacobus *frater domini*, Teleſphorus, *& alij nonnulli patres afflati ſpiritu ſancto, ad ampliorem venerationē tanti ſacramenti, tamq; ſuſpiciēdi ſacrificij addiderunt, vt docent* Hugo de *ſancto* Victore, I*ſydorus lib. de officiis, cap.*15. Remigius *lib. de officio miſſæ,* Platina *lib. de vitis pontificum, vbi agit de* Sixto *papa huius nominis primo, omnium autem ſeptimo: plurimi quoq; alij tam vetuſtiores quam recentiores.* Nullus *in dubium reuocet chriſtianus, miſſam quantū ad eſſentialia, à* Chriſto *inſtitutam, dum in cœna iam inſtituto eucharistiæ ſacramento, mox apoſtolis et eorum in ſacerdotio ſucceſſoribus, loquēs, ſubiunxit:* Hoc *facite in meā commemorationem.* Lucæ.22. E*uſebius* C*æſarienſis. lib. primo de demonſtratione* E*uangelica, cap. decimo, in fine libri ipſius primi,*

primi, vbi loquutus eſt de magno illo ſacrificio quod Chriſtus in cruce patri obtulit, his teſtimonium perhibet dicens. Igitur *ſacrificamus & incendimus, aliàs quidē memoriā magni illius ſacrificij ſecūdum ea quæ ab ipſo Chriſto tradita ſunt myſteria celebrantes, & gratias deo pro ſalute agentes, religioſosq́; hymnos, & orationes ſanctas illi offerentes.* Et Paulo *ante vbi docet quæ myſteria ſūt à Chriſto nobis tradita ad ſacrificium illud peragendum, dicit.* Huius *ſacrificij memoriam ſignis quibuſdam in menſa celebrandā, corporisq́; illius, ſalutarisq́; ſanguinis (vt nōui teſtamēti inſtitutum habet) accepimus.* E*n vt dicit nos celebrare myſteria (quæ myſteria nos cū maioribus noſtris, modo miſſam, modo myſterium nominamus) vt à* C*hriſto nobis tradita ſunt: idq́; in memoriā illius ſacrificij quod à Chriſto in cruce peractum eſt: nempe (vt in ſecunda eius ſententia ſcribitur) corpus & ſanguinem*

eius.

cius. modum ſub quo ſacrificium id Chriſto tradente peragimus, exprimit dicens. Quibuſdam ſignis. Siquidem ſub ſignis ſeu ſub ſacramẽto ſpecierum panis & vini, Christi corpus & ſanguinem, & non ſub propria forma à nobis ſic ſenſibili, deo gratias agentes, & hymnos ac orationes illi offerentes. Quæ omnia in miſſa peragi compertiſſimum eſt. Chryſoſtomus in miſſa ſua, quam latinitate donauit Eraſ*mus, vbi prenotatur.* Oratio Cherubici, *alloquens* Christum,*dicit. Sacrificiorum ritum inſtituiſti: ac ſolennis & immaculati ſacrificij celebrationem nobis tradidiſti tanquam dominus omnium.* En *quam apertè* Chryſoſtomus *teſtatur ritũ ac celebrationem ſolennis & immaculati ſacrificij quod in miſſa peragitur, à* Christo *tanquam ab omnium domino manaſſe.* Dionyſius Areopagita,*lib. eccle.*Hierar*chiæ,cap.3.id idem docet.* Vbi *enim latiſſimè venuſtiſſimeque ſuo iam & apoſtolorum*

lorum tempore ritum obſeruatum in eo miſſæ ſacrificio, fructumq; promanentem inde, ſubdit id fieri ex Chriſti doctrina in memoriam beneficij dei. vt pote paſſionis Chriſti. Quo circa, quum Chriſtus miſſæ ſacrificium ac myſterium instituerit: apoſtoli, eorumque ſucceſſores ad hæc vſq; tẽpora, in eccleſia catholica ſemper celebrarint ac frequentarint, & omnibus modis quibus potuerunt venerati ſint, impium prorſus & blaſphemum fuerit, aſſerere miſſam ex hominum auaritia dudum excogitatam. Tam ſtupendo, tamq; ſuſpiciendo ſacrificio ſacerdotum abutentium in ſuam perniciem, auaritia, ſocordia, negligentiaque culpenda fuit: non autem res tam admiranda fructuoſaque blaſphemanda vel contemnenda.

Nona

Nona Propoſitio.

Diuinę doctrinæ, vetuſtisſimorumque patrum obſeruationi conuenire, vt qui varia profitentur inſtituta, variis quoque veſtimentorum modis vtantur.

A fide ſincera deficientes, vt christianæ religionis, & Euangelicæ pietatis iugum excuſſerũt, ita quoque cæteros ſui ſimiles efficere cõtendunt. Dumq́; moliũtur hæc, ſui ſe præceptoris primã inſtitutionem inculcare nõ aduertunt imprudentes. Ille e*nim eorum inſtitutor diabolus, cæteris omnibus ſic anteponi voluit, vt in corde ſuo diceret.* Eſ*aiæ.* 14. In *cælum conſcendam: ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum: ſimilis ero altiſsimo.* Hi *pariter apud ſe, imò, palam ita cæteris à* Chri*ſto & ab apoſtolis ſeipſos anteponunt, vt in cælum ſe ſuo ſpiritu conſcendere putantes, diuinum ſibi ſolis pollicccantur ſpiritum. Suam ſententiam ita pertinaciter defendunt & apud ſe ſtabiliunt, vt ſtabiliſsimum ſuper omnia ſanctorum patrum et vetuſtiſsimorum do-*

ctorum

ctorum aſtra, thronum in quo ſit ſedendũ & quieſcendum exaltandã ſublimandãq; velint. deo quoq; ſimiles euadere cupiunt: vtpote cuius in throno ſedentis, ſit noua tandem facere omnia: hi in elatiſsimo ſuperbiæ throno ſedentes, noua facere volũt omnia. Proinde *religionem vnicam, eamq; chriſtianis omnibus communem eſse volũt, non attendentes in illa religione chriſtiana, omnibusq; communi, conſilia quædam eſse* Euangelica: *quorum obſeruatio non omnes (ſaltem regulariter) aſtringit: ſed eos tantum, qui ſponte votoq; ſe ſeruandis iis ſubmittũt: iisq;, quò facilius & integrius obſeruentur, à ſanctis piisq; patribus inſtituta quædam non pœnitenda, nec contemnenda acceſserunt. neq; à trecentis, aut quingentis, aut mille annis id primum fieri cœpit: ſed ab apoſtolorũ tẽporibus ſub euãgelica lege fieri potuiſse, & factũ eſſe à viris ſanè quã arcanæ doctrinæ,* Ioãne Chryſo. *ante mille centum qua-*

draginta annos, in libris quos edidit aduer ſus vituperatores monaſticæ vitæ: à beato Thoma *aquinate: ab* Alberto *magno, &* *aliquot aliis ante ducẽtos annos: hac quoque noſtra ætate,* Ioãnes Eckius: Iodocus Clithoneus: Ioannes *à* Gandauo: Ioannes Roffenſis, Robertus *arboricenſis* Epiſcopus *doctiſsimus tam ex ſacris quã ex patrum apoſtolis coëtaneorum, ac aliorũ vetuſtiſsimorũ ſententiis ita copioſè clareq́; docuerunt, vt nulli iure ſit oblatrãdi locus relictus.* Tantũ *igitur id nobis paulò diffuſius tractãdũ, quod illi ſummis tãtũ labiis attigiſſe videntur: aduerſum quod tamen à multis oblatrari, paſsimq́; ſcribi cõperio.* Aiunt *enim.* Quũ *ſanctiorem veſtitus hominẽ nõ reddat: cur ſæculariũ ſacerdotum, à cæteris eſt varius habitus?* Quid *intereſt ad pietatẽ, quis militari, an eccleſiaſtico: pullo, an albo: rubeo, an cinereo: lõgo, an curto vtatur veſtimẽto?* Quibus *reſponſum ſit.* Quid *ex ſe pietatis adfert ve-*

Veſtimẽtorũ differentia cur in varijs ſtatibus & ꝓfeſſionibus obſeruetur

lamen

lamen in capite muliebri? Num ex ſe ſanctiorem reddit mulierem: aut ex ſe diuiniorem ac deo gratiorem facit orationē? Nequaquam, vt compertiſsimum eſt. Cur igitur apoſtolus prioris ad Corinthi. cap. 11. iubet virum orantem aut prophetantem eſſe nō velato capite: mulierem verò inter orandum & in ſacro, velato eſſe capite? naturale iudicium interpellat: communem eccleſiaſticamque conſuetudinem profert. Ita nos quoq; naturalem ſequimur rationem: communem eccleſiaſticamq; producimus conſuetudinem: Chriſtum Ieſum, beatum quoq; Ioannem Baptiſtam, Euangelicis inſtructi literis, in hoc imitātur catholici. Sacerdotes, eccleſiaſticisq; mulieribus, ac diuino cultui peculiariter deſtinatos, à militie ſæcularis, aut ruſticanarū artium proffeſſoribus, dū in publicū prodeūdum fuerit, veſtimenti genere regulariter differre debere, ipſa quoq; ratio docet, vt vnuſquiſq; cuius ſit inſtituti diſcernatur: Veſtimētorū differentiæ rationes

exinde quæ ſui fuerint inſtituti ab eo exigantur: & quem ſola charitas ab offenſa diuina non probiberet aliquando, per id veſtimentum peculiare, ſui monitum inſtituti, ſaltem pudor arceat. Baſilius *in quæſtionibus diffuſe explicatis, in reſponſione ad viceſimã ſecũdã quæſtionem, poſt multa, que à ſe & à pietatis exercitatoribus obſeruabantur, memorata, noſtram rationem ita confirmat.* Ex *hoc fit inter nos, vt habitu communicemus.* V*tilis eſt autem & veſtitus proprietas, ſeu particularitas, prædicans vnumquemq;, & præconteſtãs (ſeu exterius & palam oſtendens) profeſſionem vitæ ſecundum deum: vt etiam conſequenter ab iis qui nobis obueniunt, ſeu obuij ſunt, exigatur.* Non *enim ſimiliter indecorum & turpido in vulgaribus, & in bis qui magna profitentur apparet.* Ple*beium enim, aut è vulgo quempiam dantem plagas aut accipientem publicè, & voces indecoras emittentem, & in taber-*

nis

nis verſantem, & alia his ſimilia facientē, nemo facilè obſeruauerit. At eum qui in profeſſionis ſinceritate poſitus eſt, etiam ſi forte aliquid officiorum neglexerit, oēs obſeruant, et opprobrij loco obiiciunt, facientes id quod dictum eſt: conuerſi rumpent vos. Quare velut inſtitutio quædam eſt infirmioribus, ad hoc, etiam inuiti, à vitiis arceantur, ipſa per habitum profeſſio. Quemadmodum igitur, proprium eſt militis in veſtitu: & alius eſt ſenatoris: alius alterius, ex quibus vt plurimum dignitates ipſorum coniectamus: ſic etiam quandam eſſe chriſtiani proprietatem in veſtitu, decorum & conſentaneum eſt, quæ ornatus honeſtatem ab apoſtolo traditam conſeruet. Hic enī epiſcopū ornatū eſſe decernit: nunc mulieres in veſtitu eſſe ornato præcipit, ita nimirum vt ornatus vox, iuxta prorium chriſtiani ſcopum accipiatur. hæc ille. Quibus rationes profert cur ipſe, & omnes qui ſui forent inſtituti cōuenientes

in veſtitu, à cæteris in hoc differentes eſ-ſent. Prima, vt ex veſtimenti genere noſca tur vnuſquiſq; cuius ſit profeßionis ſecũda: vt ab obuenientibus exigatur & expecte-tur quòd ad id inſtitutum ſpectat, quũ quæ dã maximè dedeceãt monachos, q deo ma-gna ſpopõderunt, quæ plebeios ita nõ de-decent qui ſic profeßi non ſunt, quæ ſi face re tentarint monachi, mox opprobrio & irriſui cæteris hominibus eſſent: proinde ſic ſaltem, vel inuiti cohibeantur à malis. Paulus quoque.1.ad cor.11.colligit ex na turali doctrina, mulierum velãda capita: idq́; (vt volunt Tertulianus lib.de velan-dis virginibus: Hieronymus, Sedulius, Oecumenius in eundem Pauli locum) in profeßionem ſuæ ſubiectionis ad virũ. Sic colligere poßumus, in profeßionem emiſ-ſorum votorum, ſeu inſtituti ac ſtatus ſui ab aliis ſecreti, aliis atque aliis veſtimen-torũ modis ac differẽtibus ab iis qui fue-

Veſtis ſacerdotalis aut monachalis eſt proteſtatio ſui inſtituti.

rint alterius inſtituti, rationi maxime cõſentaneũ eſſe. Vnde Theophylactus enarrans ipſum Pauli locum, dicit. Eſt honorabilis cuique ſuæ conditionis obſeruatio. Quæret(ait)aliquis,quid neceſſarium eſt linteum capiti velandi gratia ſuperinducere,ſi pro velamine coma data eſt? Nimirũ vt non ſolum per fidem,ſed voluntate etiã mulier ſuam profiteatur ſeruitutem. hæc ille. Ita licet illa conſilia Euangelica, cæterasque pias actiones,citra differẽs à vulgo veſtimentum, exercere quis valeat, vt tamen exterius etiam,proteſtetur promiſſam illam conſiliorum obſeruationem, cõuenit eum id et externo veſtimento prodere,propter memoratas & alias cauſas: vt ſic quoq; ſponte profiteatur ſponſionẽ, votaque, deo palam emiſſa.

Epiphanius libro.2.ſui panarij,in hæreſim. 64. vbi Procli & Methodij verba refert, his concinit, aſſerens quòd licet

ſine pelliceis tunicis prothoparentes poſt peccatum admiſſum tam mortales fuiſſent quam cum veſtibus aliunde ſtructis, imò et ſi prorſum nudi perſeueraſſent, eos tamen deus pelliceis tunicis, ex mortuorum animalium pellibus factis, aut ex ſimilibus iis quæ à mortuis detrahi ſolent, texit & circundedit: vt propter admiſſum peccatum, mortales effecti, & moriendi neceſſitatē incurriſſe ſignificarentur. Proinde quos *ſolam naturam ducem habuiſſe conſtat, id quoq; ſeruaſſe vt eorũ ſacerdotes, & deorum ſuorum cultui ſingulariter adſcripti, peculiari ab aliiſq; diuerſo veſtimenti genere vterentur, ex vetuſtiſſimorum hyſtoriographorũ ſcriptis liquet.* Herodotus, *qui & antiquiſſimus, & ob inſignitatem, excellentiam, hyſtoriæ parens eſt appellatus, libro ſecũdo, qui* Euterpe *inſcribitur,* Aegyptiorum mores & ritus depingens: *ſacerdotes (ait) quoq; die totũ corpus radunt, ne quid eis inter deorum cultum, aut pediculi,*

Sacer lo tes in lege naturætam apud infideles quã apud fideles veſtimento ab aliis differebant.

pediculi, aut alterius ſordis creetur. Iidem *veſtem tantummodo lineam, calceos papiraceos geſtant.* Alios *calceos, aut aliã veſtem induere, eis fas non eſt. hæc ille ante* Chriſti *aduentum, de iis qui ſolam naturam ducem habebant.* Flamines *nimirum apud* Romanos *(ſi Seruio & cæteris antiquis credimus) galero, filiſve à cæteris diſcreti fuerunt: quorum maximus albo galero ſolus vtebatur: quem creatum,* Numa *(vt vult* Liuius *lib. primo ab vrbe condita) inſigni veſte, & curruli regia ſella adornauit.* Idem *quoque, eodem lib. tradit Salios duodecim ab eodem* Numa, *dũ eos* Marti *ſacrauit, depictæ tunicæ inſigni decoratos: et ſuper tunicam, æneum in pectore tegumẽ accepiſſe.* En *vt ij qui nec ſcriptam legem, nec ſpecialem à deo reuelationem acceperant: ſed ea duntaxat duce quæ cordibus hominum inſcripta eſt, quos ſuis diis ſacrificos, aut in peculiaribus eorũ obſequiis addictos deſtinarũt, ecs certis*

tis & peculiaribus veſtimentis, à cæteris diſcreuerunt. Porrò iȷ qui ſub lege natu ræ, veri dei cognitione fuerunt illuſtrati, primogenitos ſuos ob officium ſacerdota le quo inſigniebantur, peculiari veſte di-ſtinguebant à cæteris. Eucherius Lugdu nenſis, li. 2. in Geneſim, his ita teſtimoniũ perhibet. Tradunt hebræi primogenitos functos officio ſacerdotali antequã Aaron in ſacerdotiũ eligeretur: & habuiſſe veſtimentũ ſacerdotale, quo induti victimas offerebant deo: & hæc eſſe primogenita, id eſt, veſtimenta Eſau quæ vendidit fratri ſuo Iacob, ſequitur. Primogenita, veſtis erat ſacerdotalis, quam maiores natu cũ benedictione patris induti, victimas deo velut pontifices offerebant. hæc ille. Quid eos permouerit ad donandum ac inſignien dum ſingulari veſte eos quorum intererat diuina pro cæteris etiam peragere, non video quid proferam, niſi naturæ dictamen: nempe, vt quis diuiniſſimis & præſtantiſ-

Primogenita veſtis erat ſacerdotalis.

ſimis actionibus ſingulariter deſtinatus eſt: ita exteriori quodam cultu, id modo quodam inſinuante, ſingulariter à cæteris non ita deſtinatis, differre debeat: vt huius inſtituti cognitus eſſe, quæ ſuo debentur inſtituto recipiat: & quæ ab eo inſtituto debẽtur, impẽdere, præſtareq́; moueatur. Quãta cura deus hebræis leges præſtituẽs ſummũ ſacerdotem differentibus ab aliis, iisq́; precioſiſsimis ſingulariter adornari iuſſerit indumentis, Exodi. 28. *&* 29. *ſatis conſpicuum eſt. Quã appoſitè cæteros quoq; ſuo ſingulariter deputatos cultui peculiaribus inſigniri veſtibus iubeat, patet* Exodi. 29. *&* Leuitici. 8. *Diuino cultui peculiariter deſtinatos, ſeu euangelicorũ conſiliorum obſeruationẽ palam, & ſingulariter profeſſos ſecundum præſcriptam aliquam formam vnam multis cõmunem, veſtimentorũ modo vel forma à cæteris, etiã propter eccleſiæ catholicæ conſuetudinem diſtingui debere, ſic docemus.*

Eccleſiæ

Conſuetudinem eccleſiæ vim legis habere probatur

Eccleſiæ catholicæ cõſuetudo, maximè quæ continua ſucceſſione ab apoſtolorum temporibus, ad nos vſq; pertigit, legis vim habet: Euangelicorum conſiliorum obſeruationem prædicto modo profitentes, veſtimentorum modo vel forma à cæteris diſtingui, fuit eccleſiæ catholicæ conſuetudo iam ab apoſtolorum temporibus ad hæc vſq; tempora: huic igitur conſuetudini, ſic profitentes deuinciuntur. Primam ſeu maiorem hanc enunciationem probo. Paulus prioris ad Corint. capite. 11. multis ſuaſiũculis docens mulierem inter orandum velari debere, demũ pro ſumma poſtremáq; ratione ſubdit. Si quis autem videtur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinẽ non habemus, ſed neq; eccleſia dei. In quẽ locũ Hieronymus, & Sedulius Hibernicus dicũt. Præuenit illos, ne quis diceret: vbi ſcriptum eſt, vel aliis argumẽtis reſiſteret huic rationi. nos (ait) talem conſuetudinem nõ habemus: ſed neq; eccleſia dei. Sedulius

addit,

addit, hanc ita Pauli capiendam ſententiã, ac ſi diceret. Nos diximus quæ nobis honeſta videbantur & iuſta. Si quis autem volens acquieſcere veritati, quærit quid reſpondeat: ſciat ſe reſponſione indignum, qui magis contendere paratus eſt quam doceri. Quibus verbis Hieronymus *et* Sedulius *autores vetuſti (vt qui ante mille centum annos ſcripſerunt) innuunt ad quid in moribus firmandum, non neceſſario proferendas ſcripturas: nec aliis argumentis inſtitutum colligendum eſſe: ſed ad docendum quid vel agendum vel obmittendum, eccleſiæ catholicæ conſuetudinẽ ſufficere: qua non contentus, rationem aliam exigens, reſponſione dignus nõ eſt.* Theophylactus *locum eundem enarrans. Si quis videtur eſſe contentioſus, & cætera, inquit. Contentioſus, ait* Paulus, *videtur dictis iſtis reniti: quòd vtique nec bonæ mentis, nec ſapientiæ indiciũ eſt. Quum enim* Corinthij *fucare hæc (nempe, quod vir aperto capi-*

te

te orare debet: & mulier, operto) fortè argumentis nonnullis vellent, enitebantur ſyllogiſmis & captiunculis, id indifferēs arguere. Inquit itaq; Paulus. Conſuetudinem ipſi, talem nullam habemus, vel cõtendendi, vel virilem nutriendi comam, dum mulier careat velamento. Quo vt non modo nobis obſiſtere videamini, ſed ipſi eccleſiæ. hæc ille. Quibus ſentit, ex Pauli mente eſſe, vt qui eccleſiæ catholicæ conſuetudinem aſpernatur aut reprobat, nec bonæ mentis ſit, nec ſapiens. Imò Corinthiis contendentibus oſtendere per ſyllogiſmos & fallaces argumentatiunculas indifferens eſſe, an mulier in ſacro prophetet aut oret velato, an aperto capite, propoſita conſuetudine eccleſiæ dei, non modo Paulo obſiſtebant, ſed & eccleſiæ dei: Et ita, à totius eccleſiæ conſuetudine declinare eſt eccleſiæ reluctari, ſeu reſiſtere quod nimirum à neochriſtianis noſtris fit, qui reiectis ec-

cleſiæ catholicæ conſuetudinibus ab apoſtolorum temporibus, hactenus obſeruatis omnia moliuntur innouare. Quum igitur Paulus ad inſtituti ſui probationē, poſtremam hanc rationē, Nos talem conſuetudinem non habemus, ſed neq; eccleſia dei, tāquam ſufficientiſſimam ac ſtabiliſſimam, perinde ac ſi cæteris depulſis, illa ſuſcipienda ſit, cuius catholico ad agendorū aut cauendorum probationem ſatis eſſe debet eccleſiæ catholicæ conſuetudo. Tertulianus expreſſis verbis paulò poſt mille hinc quadringentos annos, hanc ſententiam noſtram docuit, li. de corona militis: vbi quærentibus quibuſdam, cur chriſtiani coronari prohiberentur, quum id in ſacris non habeatur: reſponſione data ex parte, ſubdit. Omnes ita obſeruant à cathecuminis vſque ad confeſſores & martyres. Viderint vnde autoritas moris, de qua quum maxime quæritur.

Porrò

Porrò quũ quæritur cur quid obſeruetur, obſeruari interim conſtat. Ergo nec nullũ: nec incertum videri poteſt delictum quòd cõmittitur in obſeruationem ſuo nomine iã vindicandam, & ſatis autoratam conſenſus patrocinio. Planè ſic tamen vt ratio quærenda ſit: ſed ſalua obſeruatione: nec in deſtructionẽ eius, ſed in ædificationem potius, vt magis obſerues, quum fueris de ratione ſecurus. hæc ille. Spectes vt ad obiectam quæſtionem, cur quid in ſcripturis non expreſſum obſeruetur, reſpondẽs, hãc profert ſolam rationem: quia ab omnibus ita obſeruatur. Et propter hanc rationem conſuetudinis: nempe, ab eccleſia catholica ſic obſeruari, nullus ipſius conſuetudinis tranſgreſſor, à peccato poterit excuſari, ex quo contra conſuetudinem ex obſeruantium conformi conſenſu ſatis autoratam, agit. Nec de iis quæ ab eccleſia catholica conſueuerunt obſeruari, quærendum eſt (tanquam dubium ſit an debeant obſeruari)

uari) cur ſeruentur: ſed tantum cur ſeruentur quærere licet in hunc finem, vt agnita ratione, propenſiore ſeruẽtur animo. Idem ibi dicit. *Quãdiu per hanc lineã ſerram reciprocabimus, habentes obſeruationem inueteratam, quæ præueniẽdo ſtatum fecit? quaſi diceret. An tam diu aut toties vexari debeamus per huiuſmodi quæſtiones de obſeruatione eorũ quæ in ſacris non exprimuntur, quum iam habeamus conſuetudinem in eccleſia inueteratam?* Hanc (ait) *ſi nulla ſcriptura determinauit, certe conſuetudo corroborauit, que ſine dubio, de traditione manauit. Quomodo enim vſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt?* Etiam *(inquis) in traditionis obtentu, exigẽda eſt autoritas ſcripturæ.* Ergo *quæramus an & traditio non ſcripta non debeat recipi.* Planè *negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationũ, quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius*

traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicabimus. Denique, vt à baptiſmate ingrediar, aquam adituri, aliquanto prius ſub Antiſtitis *manu conteſtamur nos renuntiare diabolo, pompæ, & angelis eius: oblationes pro defunctis, pro nataliciis annua die facimus: die dominico ieiunium nefas ducimus, & cætera. ſequitur.* Harum *& aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum, nullam inuenies.* Traditio *tibi prætendetur autrix: conſuetudo, cõfirmatrix: fides, obſeruatrix.* Rationem *traditioni, conſuetudini, fidei patrocinaturam, aut ipſe perſpicies: aut ab aliquo qui perſpexerit, diſces.* Tandem *poſt aliquot exempla ſubdit: Si legem nuſquam reperio, ſequitur vt traditio conſuetudini morem hunc dederit.* His *igitur exemplis renuntiatum erit poſſe etiam non ſcriptam traditionem, in obſeruatione defendi, confirma*

ma

matam conſuetudine, idonea teſte probatæ tunc traditionis ex perſeuerantia obſeruationis. Conſuetudo *autem etiam in ciuilibus rebus pro lege ſuſcipitur quum deficit lex.* Nec *differt ſcriptura an ratione conſiſtat, quando & legem ratio commendet.ſequitur* : Nec *autorem reſpicias, ſed autoritatem, & in primis, conſeutudinis ipſius: quæ propterea colenda eſt, ne non ſit rationis interpres* : vt & *ſi hanc deus dederit, tunc diſcas cur nam obſeruanda tibi ſit conſuetudo . hæc ille.* Quibus *aſſerit, ampliſſimeque docet traditiones eccleſiæ non ſcriptas, per conſuetudinem corroborari : eamque conſuetudinem eſſe idoneam teſtem quòd probata rationique conſona ſit traditio, ex perſeuerantia obſeruationis.* In *ciuilibus quoque rebus, vbi deficit lex, conſuetudo pro lege ſuſcipitur.*

Gregorius item Nanzianzenus,*lib. 2. de theologia,dicit. Conſuetudo tempore roborata, pro lege habetur. hæc ille*. Ergo *ea differentium indumẽtorum conſuetudo,tot ſæculis perſeuerans,tempore roborata,vim legis habet: & hanc qui contemnit,legem quoq; contemnit*. Ex Pauli *igitur*, Tertuliani, Gregorij, Nanziãzeni, Hieronymi, *Sedulij*, Theophylacti, *cæterorumq́; patrum ſententia, eccleſiæ catholicæ conſuetudo,maxime quæ ab illius exordio cœpit, & continua obſeruatione inueterauit,vbi deeſt ſcriptura*, vim legis *habet. Statim ab apoſtolorũ tẽporibus cõſuetudinem hanc in eccleſia catholica inualuiſſe,vt monachale profitentes inſtitutum,à cæteris veſtimẽti genere differrẽt, docemus*. Dionyſius *Areopa. apoſtolis cõtẽporaneus,lib. eccleſiaſticæ* Hierar. *cap. 6. vbi præſcribitur. myſterium: docens vt monachatus ſuo iã tempore ſuſciperetur, dicit. Sacerdos ſtat in cõſpectu altaris monachicam*

Veſtimẽti genre iam apoſtolorum tẽpore, monachi ab aliis differebant, probatur.

nachicam inuocationem pſalleus. Cõſum-
mandus (ſeu qui monachatum vult profi-
teri) retro ſacerdotẽ ſtat. ſequitur. Sacer-
dos ad perficiendum veniens, interrogat
primum hoc. Si *abrenuntiat diuiſis. i. vitiis*
& omnibus malis actionibus à deo diuidẽ
tibus. Deinde *narrat ei perfectiſſimã vitã,*
teſtimonium ei perhibens, quia oportet eũ
ſuper media adſtare. i. excellere iis ꝗ in ſæ
culo viuentes, ſunt tãtum in medio gradu
perficiẽdorũ. Hæc *oĩa perficiẽte, & cõſi-*
tẽte, ſeu ꝓmittẽte, cruciformi ſimilitudine
ſignãs eum ſacerdos tõdet: trinãq; diuinæ
beatitudinis, id eſt, trinitatis inuocans
ſubſtantiã: & veſtẽ omnẽ exuẽs, alterã in-
duit. En *vt narrãs quæ in monachatus pro*
feſſione gerebãtur, profitens veſtimentis,
quibus prius vtebatur, depoſitis, aliis (nẽ
pe ad eum monachatum ſpectantibus) in-
duebatur. His *adſtipulatur, quòd de bea-*
to Matthæo *apoſtolo &* Euangeliſta, *ſan*
cta legit eccleſia. Siquidem *dum* Aethiopũ

 regem

regem eiuſq; populum magna ex parte ad Chriſti fidem adduxiſſet, filiam eius Eugeniam, vel ſecundum alios, Ephigeniam baptizatam, virginem deo ſacrauit, pariter & ſacro velamine texit. Quod eſt argumento morem hunc iam tunc in eccleſia chriſtiana viguiſſe, vt virgines quæ ſe deo dedebant, peculiari quodam velamine ſeu veſtimento, à cæteris diſcernerentur. Sanctum quoq; Martialem Chriſti diſcipulū, Valeriam virginem apud Lemonicas conſimili modo velaſſe legimus. Id ipſum clariſſimè colligitur ex concilio Gangrenſi, quod celebratum eſt anno domini trecenteſimo triceſimo tertio: & ita iam ante mille ducentos duodecim annos. vbi dicitur (ob quoſdam qui votum continentiæ profeſſi & veſtimento ſpeciali ad hoc conueniente vtebantur: cæteros autem non ſimili veſte vtentes, ſuperbia elati contemnebant, quaſi votum ſine veſtis mutatione, deo gratum nō eſſet) Si quis virorum pu

tauerit

taucrit ſancto propoſito, id eſt cõtinentiæ conuenire, vt pallio vtatur tanquam et eo iuſtitiam habiturus: & reprehendat vel iudicet alios qui cũ reuerentia birris vtuntur, & alia veſte communi quæ in vſu eſt, anathema ſit. Sequitur: hæc autẽ ſcripſimus non abſcindentes eos qui in eccleſia dei ſecundum ſcripturas ſanctum propoſitum continentiæ eligunt: ſed eos qui habitum eius ſuſcipiunt, & in ſuperbiam efferuntur aduerſus eos qui ſimplicius viuũt. En vt ibi iam ante 1212. annos recẽſetur, vt quidam ſuſciperent habitum ſancti propoſiti continentiæ, & exinde ſuperbiebãt ſpernentes cæteros ſimplicius viuentes. Quos concilium arguit ex eo quod ob habitum ſancti inſtituti, quo moneri ad animi ſubmiſſionem amplexandam debuerãt, anſam inde ſuperbiendi deſumebant. Eorum quoque iudicium taxat, qui putabant habitum illum peculiarem, ex ſe iuſtitiam & ſanctitatem conferre,

quaſi habitus ipſe iuſtum & ſanctum reddat hominem, qualiſcunque, & quantumuis impius & impurus fuerit animus. Quod nullus vnquã ſanæ mẽtis aſſeruit. Voluntas tamen ſe in veſtitu conformandi cæteris ſui inſtituti, aut vtendi eo in venerationem ſanctorum qui piam vitã agentes, eo ſunt vſi, maximè vbi accedit pium propoſitum eis ſe in vita cõformandi quãtum dabitur & licebit, bona eſt & ſancta, modo propter deum cũ cæteris debitis circũſtãtiis fiat. Sic vnguenti effuſio in Chriſti caput aut pedes, ſola et ſine voluntatis acceſſione, bona quidem meritorie vel moraliter non eſſet, & ita ex ſe et ſola, bona non diceretur: quia tamen à voluntate bona, rectaq́;, & debitis ornata circunſtantiis manauit, bonum opus à Chriſto in Euangelio nominatur. Sic in noſtro propoſito de vſu huius vel iſtius generis veſtis ſecundum conſuetudinem ſui inſtituti.

Ambroſius.

Ambroſius id quoq; ſuo tempore vulgariſſimum fuiſſe, ſatis indicat. libro ſiquidẽ de virginibus. 3. ſic ait. An fortè patres pro filiarum coniunctione ſoliciti, moleſte ferunt virgines conſecrari? Aiunt plæriq; maturioris ætatis virgines eſſe velandas. Neq; ego abnuo ſacerdotalis eſſe cautionis debere, vt non temere puella veletur. Spectet ſacerdos ætatem fidei vel pudoris. Libro etiam de inſtitutione virginis, cap. 17. deſcribit verba & orationes, quibus virgines velare conſueuerat. Libro pariter ad virginem lapſam, cap. 5. Nõ es (ait) memorata diei ſanctæ dominicæ reſurrectionis: in quo diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaq; ſolenni conuentu eccleſiæ dei, inter lumina illa ſplendida: inter candidatos regni cæleſtis, quaſi regina regi nuptura proceſſeras. Non es memorata qualis alloquutio facta eſt ad te in illa die. ſequitur. Aſpice quantus ad ſponſi tui, & domini nuptias conuenerit

populus

populus ,his tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis,& multis ſupra caſtitatem præconiis ſacro velamine tecta es : vbi omnis populus dotem tuam ſubſcribens,nõ atramento ſed ſpiritu, pariter clamauit. amen.ſequitur . Dicit *aliquis :* Melius *eſt nubere quàm vri. hoc dictum ,ad non pollicitã pertinet:ad nondum velatam. Cæterum quæ ſe ſpopondit* Christo, *& ſanctũ velamen accepit,iam nupſit: iam immortali coniuncta eſt viro.*Et *ſi voluerit nubere communi lege coniugii , adulterium perpetrat:ancilla mortis efficitur: habitu virgo,facto non virgo.*Hæc *ille. Specta quã appoſitè ceremonias inſignes in virginum conſecratione,ſeu in monachatus profeſſione deſcribit : velaminis quoq; ſeu peculiaris veſtimenti toties meminit, quo ſolebant ſic profitentes indui.* Et *ne putetur velamen id ſeu habitus is ,tantum die profeſsionis in vſu fuiſſe,tandem addit,quòd*

ſi poſt

ſi poſt ita ſolenniter emiſſum votum, aliquando viro nubere voluerit, iam tantum eſt habitu virgo, & non facto. Quod eſt manifeſtiſsimum indicium quòd poſt ſic emiſſum votum, à cæteris quæ ſic non vouerent, habitu diſtingueretur. Is quoque cum beato Dionyſio Areopagita, maledicis & ceremoniarum, quæ in votorum emiſsione fiunt, oblatratoribus os occludere deberet, quum hic iam apoſtolorum tempore, ille fermè à mille ducentis annis eas deſcripſerit, aſſerens peractum & celebratum id in hominum cœtu percelebri in templo, ſplendentibus luminibus: verbis monitoriis ad vouentem factis & in commendationem ipſius inſtituti: poſtremò veſte illa peculiari velatur cum promiſſione mercedis æternæ, reſpondente populo. Amen. Quid horum in monaſticæ vitæ aſſumptione vel profeſsione hiſce

hiſce noſtris diebus ab eccleſia nõ obſerua tur? Cur igitur obſeruationes huiuſmodi tanquam neniæ ridiculæ´que res, & recen ter confictæ à neochriſtianis habentur lu- dibrio, quum iam in eccleſia ante mille du centos annos receptæ eſſent, & apoſtolo- rum tempore magna ex parte obſeruaren tur? Nimirum *quia carnalem percũctan- tes & ſectantes libertatem, crucem ſuam cum* Chriſto *baiulare reſpuunt, tam euan gelica conſilia contemnunt, quam quæ cir ca illa geruntur.* Baſilius *magnus ſub idem tempus, to.* 4. *epiſtola prima, quæ eſt ad* Gregoriũ *theologum, deſcribit quis eſſe debeat veſtitus hominis ſæculum relin quẽtis, ac ſolitariam vitam ducere cupien tis, his verbis. Sequitur ad humilem ac de- iectum animum, viſus triſtis & ad terram pronus: habitus neglectus: veſtis ſordida, vt ea quæ de induſtria, lugentes faciunt, in nobis ſponte appareant: tunica per cin gulum ad corpus adſtricta: cinctura ta-*

men

men neque ſupra ilia ſit (muliebre enim id eſt) neq; laxa vt diffluat tunica. hoc enim ſtultorum eſt. Scopus veſtitus vnus ſit, vt tegumentum carnis ſit aduerſus hyemem & æſtatem ſufficiens. At verò neq; in colore floriditatem perſequi oportet: neque inſtructura tenuitatem ac molliciem. Nã in veſtitu colorum pulchritudinem ſpectare, ſimile eſt muliebri ornatui, cuius illæ ſunt ſtudioſæ alieno flore genas, & capillos ſuos tingentes. Sed eam craſsitudinem veſtis habere debet, vt non ſit ipſi opus ſocio ad fouendum ea indutum. Calceus vilis ſit precii, qui vſum ſui citra defectum ſupleat. hæc ibi. Simile ſe obſeruaſſe dum cœnobitas anachoritasque tam Aegypti quàm Paleſtinæ, Siriæ & Meſopotamiæ imitari ſtuderet, teſtatur epiſtola. 79. quæ eſt ad Euſtachium Sebaſte epiſcopum, dicens. Quoniam incerta & incognita ſunt quæ in occulto ſeu in corde vniuſcuiuſque noſtrum ſunt, opinabar humilitatem indumenti

menti ſufficiens ſignum humilitatis eſſe: et ſufficiebat mihi ad certitudinem craſſa ve ſtis, & cingulum, & de corio impolito cal ceamenta. Et *ne quis dicat eius ſenten- tiam eſſe, quod omnes quidem in eo conue niebant quòd eorum indumenta vilia ru- diaq́; eſſent: ſed non quòd omnes commu- nicarent in modo veſtimentorũ quomodo diſtinguerentur à cæteris q̃ nõ eſſet illius inſtituti: reſponſione ad 22. quæſtionẽ, in quæſtionibus diffuſè* explicatis, *poſt mul- ta tollit dubitationẽ hanc.* Ex *hoc fit (in- quit) vt habitu communicemus.* V*tilis eſt autem & veſtitus* proprietas. *ſeu particu laritas, prædicans vnumquẽque & præ- conteſtans, ſeu palã &* exterius *oſtendens pfeßionẽ vitæ ſecũdũ deũ. ſequitur tãdẽ.* I*nſtitutio quædã eſt infirmioribus ad hoc, etiam inuiti à vitiis arceantur, ipſa per- habitũ profeßio.* E*n vt in habitu cõmuni- cabant: & in eo habitu erat pprietas ſeu particularitas, palàm & publicè præcõte ſtans*

ſtans, ſeu palàm teſtimonium perhibens cuius vitæ ſecundum profeßionem eſſent.

Hieronymus, *to. primo, in epitaphio Paulæ, loquens de monaſteriis quæ Paula inſtituerat, dicit:* Virgines plures quas è diuerſis prouinciis congregarat tã nobiles quã medii ac infimi generis, in tres turmas monaſteriaq́; diuiſit: ita vt duntaxat in opere & in cibo ſeparatæ, pſalmodiis & orationibus iungerentur. Vnumquodq́; agmen, matrem propriã ſequebatur. Vnus omniũ habitus, Linteamine ſolum ad tergendas manus vtebantur. *hæc ille.* En vt virginũ illarum, quæ idem vitæ profitebantur inſtitutum, vnus omnium habitus: Non quidem vnus numero, ſed vnus ſecundum formam & modum. *Item docet vt linteaminibus non vterentur, niſi ad manus tergendas. Et ita quoſdam monaſticum inſtitutum profeſſos non vti ſubuculis, non eſt nouum quid: ſed ante*

mille

mille centum quadraginta annos, narrat Hieronymus *id obſeruatum:ita vt nõ tantum ſubuculis non vterentur: ſed nec linteaminibus aut aliis eiuſmodi,niſi ad tergendas manus.* Idem to. *primo,epiſtola ad* Ruſticum *gallum, de vitæ monaſticæ forma ,cuius initium eſt.*Nihil *chriſtiano felicius noſtrum inſtitutum ita roborat.* Vidi *quoſdam,qui poſtquàm renuntiauere ſæculo,veſtimentis duntaxat & vocis profeßione ,non rebus, nihil de priſtina conuerſatione mutarunt,hæc ille.*Ergo *ſi tunc monachi quidam in monachatus profeßione renuntiantes ſæculo,ſolum veſtimento & vocis profeßione à priſtina conuerſatione mutati fuerant, rectè colligitur,vt in ea profeßione,alio veſtimenti genere vterentur, & in illius aſſumptione inſtituti,mutarentur in veſtimenti modo, ab eo quo vtebantur qui in ſæculo aliàs.* Hieronymus *tantum dixiſſet, quod ij de quibus agit,nil mutaſſent de priſtina conuerſatione,*

uerſatione,niſi per vocis profeſſionem:nō autem addidiſſet,quod duntaxat veſtimentis,& cætera. Chryſoſtomus,*to.5.libello de comparatione regis & monachi,docet à monachis ſuo tempore ſeruatum ita fuiſſe,dum ait:*Monachus vt *conſpectus fuerit ſtatim tam diuitibus quàm pauperibus donum aliquod afferens, vtriſq; æquè ſe munificum præſtat,vno tantum amictu ad vitæ ſuæ inſtitutum conformi vtens.* Idē *lib.2.aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ,vbi patrem infidelem quærentem de filio monachatum profeſſo compellat,docens eū ex monaſtica profeſſione illuſtriorem effectum,quàm quauis ſæculari fuiſſet inſignitus dignitate.* Certè nō *tantum iis qui in regia verſantur, ſed ipſo quoq; rege erit illuſtrior.*Idq; *aſſequetur ob indumenta illa viliſſima.nunquam ita ſtupori miraculoq; fuiſſet,ſi veſtibus operiretur auratis.ſequitur.hic ex ipſis etiam indumentis plurimas occaſiones habet admi*

 rationis

rationis & laudis.ſequitur tandem. Ex il*lo,regem nemo admiratur(nẽpe ex aurato)ex hoc ita indutum omnes & venerationi & ſtupori habent.hæc ille.* Quibus *conſtat illo tempore etiam commune fuiſſe,monachos vti amictu conformi ſeu conueniente ad inſtitutum ſuæ vitæ :* Mona*chumque ex veſtimentis ſuis , modo vita conſonet , illuſtriorem fieri rege : proinde veſtimentum id maximè venerationi apud homines ſuo tempore fuiſſe .* Nunc *autem non item : imo à quãtumuis ſancto, & diuinis inſignito donis geſtetur, à plæriſque conſiliorum euangelicorum oſoribus contemnitur.* Bernardus *epiſtola* 198. *quæ eſt ad* Innocentium *papam.* O*lim ſcripſi vobis de homine illo quòd eſſet ſui propoſiti præuaricator & monaſterij diſſipator :* & *nunc flens dico , inimicum crucis* Chriſti : *monachum habitu mentiens , re exhibet vnum de prædonibus. hæc ille.* Non *dixiſſet quempiam habitu*

mona-

monachum mẽtiri, niſi monachorum fuiſſet habitus à cæteris differens. De clericis autem, *in quarto concilio carthaginenſi, in quo ducẽti quatuordecim epiſcopi, celebrato anno domini 436. & ita iam ante mille centum quadraginta duos annos. (In quo* Aurelius Auguſtinus*) cõſtitutionem 45. dicitur.* Clericus profeſſionem ſuam in habitu probet: ideo nec veſtibus, nec calceamentis decorem quærat. hæc ibi. *Si clerico, quiuis & cuiuſcunque modi habitus foret conueniens: eſſétque indifferens an huius, an iſtiuſmodi habitu vteretur, eo quoque tempore, non inſtituiſſet concilium: nec moneret vnumquenque clericum, vt ſuam profeſſionem habitu probaret, & ne quæreret decorẽ in veſtibus. Cæterorũ minus vetuſtorũ patrũ teſtimonia, quarti cõcilij toletani, nõnullorũq; aliorũ decreta, volẽs prætereo: quæ tamen nobis ſuffragãtur.*

Quum aſſequendæ beatitudinis omnium

prima tutiſsimaq́ue via ſit Chriſti,ſanɛto rumq́ue vitam,quam ſacræ ſcripturæ com mendant, imitari , in qua ſuperſtitioſum, vanum aut inutile nihil:imò per quàm vti lia cunɛta,diuino cultui peculiariter depu tatos veſtimentorum modo à cæteris non nihil differentium,regulariter vti ſolitos oſtendere,iam à Chriſto , iisq́; de quibus in ſacris agitur,auſpicabor. Deus qui *Iſ raëlitas populum ſibi peculiarem delege- rat:à quo & deſcenſurus ſingularem ſe colendi ritum* & *à cæteris differentem eis tradidit:hos nimirum carne per circunci- ſionem,& colendi ritu diſcretos à cæteris veſtimenti quoque modo differre voluit.*

Chriſtus veſtimenti differẽtiã cũ alijs iudæis ſeruauit.

Proinde N*umerorum.*15*.cap. iuſsit eos in quatuor angulis palliorum fimbrias habe re.*Q*uod & ipſum* C*hriſtum obſeruaſſe, ſacrum docet euangelium .* Siquidẽ M*at- thæi nono capite,dicitur:*S*urgens* I*eſus ſe quebatur.* E*t ecce mulier quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,acceſ-*

ſit

ſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. Item Marci. 6. Deprecabantur eum, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Si ſuperſtitioſum aut vanum foret diuino cultui peculiariter deputatos à cæteris in veſtimento diſcerni, Chriſtus ob hoc quod de Iudaïca gente diuino cultui ſingulariter addicta eſſet: qui & quatenus homo deum verè in ſpiritu adorabat, id non obſeruaſſet. Abſit enim à chriſtiano dicere, Chriſtum quidpiam ſuperſtitioſum egiſſe: hoc igitur exemplo docuit Chriſtus, non quidem vt iis vtamur fimbriis, quum Legi finem impoſuerit: ſed diuino cultui, maximè per publicam profeßionem ſingulariter addictos, à cæteris habitu quodammodo diſcerni, tanquam rationi conſonum approbare ſe. Matthæi. 3. & Marci. 1. de Ioanne baptiſta legimus: Ioannes habebat veſtimentum de pillis camelorum: & zonam pelliceam circa lumbos ſuos: eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſilueſtre. En

Ioannes bapt. à cæteris indumẽto differens.

vt inter encomia Ioannis *euangelium memorat quòd pilis camelorum extructum veſtimentum ei eſſet in vſu.* Itemque *quòd pellicea circa lumbos zona cingeretur.* Idque *nimirum vt cæteris auſteriora vel aſperiora corporis indumenta, vitam eius ac vitæ profeßionem aut obſeruationem longe cæteris auſteriorem præconteſtarentur & indicarent.* Quod Hieronymus *comment. in tertium cap.* Matthæi *innuit dicens.* Ioannis *veſtimentum, ex pilis, non de lána fuit: quoniam aliud auſteræ vitæ indicium, aliud luxuriæ mollioris.* Et Theoph. *in id* Matth. 11. *hominem mollibus veſtitũ? dicit.* Veſtis *de pilis, oſtendit à deliciis alienum. Sic olim* Helias *piloſo veſtitus indumento, ſingulóque pelliceo cinctus,* 4. Reg. *primo cap. multique alij (de quibus* Paulus *ad* Heb. 11. *Circuierunt in melotis & in pellibus caprinis, quibus dignus non erat mundus) auſteris indumentis auſteri-*

tatem

tatem vitæ cui ſe conſecrauerant, prodebant.

Mox *nobis obiectum iri video, quòd ætatis noſtræ monachi auſteriorem cæteris vitam vel perpauci, vel ferme nulli ducant: ob quod cæteris aſperiore, durioréve non opus ſit indumento, vitæ duritiem conteſtāte: eſſet enim falſum ſignū.* Ad *quod nos ita reſpondemus.* Tā*etſi non omnes, imò pauci admodum illam ſuæ profeſſionis integritatem & ſynceram auſteritatem obſeruent: non minus tamen in aliquem aliorum in principio memoratorum finem, qui eiuſdem monachalis inſtituti fuerint, ſuo conueniētibus inſtituto veſtimentis vti debent: nempe vt ipſi ſui moneantur inſtituti, proindéque reminiſcantur emiſſorum votorum & auſteritatis, quæ ſuam decet profeſſionem.* Deinde *vt ab iis quibus fiunt obuij, cuius ſint inſtituti noſcantur.*

Ob hos quoque duos fines, eſt veſtis particularitas. Et *ita veſtis quæ docet eos eſſe illius inſtituti, in quo debet illa vitæ auſteritas obſeruari: ad quod & eos hortatur & ipſa, ſignum falſum non eſt.* Non *enim ea indicat dũtaxat, eos illius inſtituti, cui ſunt conſecrati, ſinceram auſteritatem obſeruare: ſed aut id, aut quod addicti ſint ei profeßioni in qua debeat ea teneri auſteritas vitæ. Conſimili modo licet pontifices plurimi, neq; nouum, neq; vetus norint teſtamentum, mitra tamen vtriuſq; teſtamenti ſcientiam in eis eſſe deſignans, iis in ſuo munere obeundo deeſſe non debet.*
Sic nobilitatis inſignibus, mentis ingenuitatem ſignantibus multi decorantur, quorum mens non modò nulla ſplendet nobilitate, ſed turpitudinis & obſcœnitatis obſcuritate nonnunquàm conſpurcatiſsima, miſeram ſpirat ſeruitutem. Quia *tamen ea deſignant adeſſe debere conditioni cui conueniunt, & per ea à cæteris diſcernuntur*
ſtatib us

ſtatibus: aut ex eccleſiæ conſtitutione in illis officiis obeundis in vſu debent eſſe, deſerenda non ſunt. Ita *quoq; de monachis & huiuſmodi dicendum.*

DE SEPVLTVRIS, ET *exequiis, & cæteris ad hæc ſpectantibus.*

VT *de equo ligneo* Troianæ Palladi *quondam à Græcis abſceſſum ſimulantibus oblato canit* Vergilius *Aeneidos. 2. dum conſultaretur, an in vrbẽ eſſet admittendus, Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus: ſic noſtra tempeſtate (qua propemodum quilibet de quolibet ſibi cenſor eſſe præſumit) an ſolito more, cum temperata pompa ſepeliri: an in præſcriptis locis inhumari, & huiuſmodi cætera curare debeamus, aut morituros id fieri ſtatuentes, vel eoſdem iam mortuos non nihil iuuent, in dubiũ reuocatur, aliis patrum*

patrum more cum temperata pompa, in ſtatuto cum patribus loco, ſe ſepeliri conſtituentibus: Aliis *etiam eximiis viris vnico præcedente ſacerdote ad humũ deferri, ſola lucerna ſerotinas tenebras depellente, terra condi iubentibus: quibuſdam funebres quaſuis pompas prorſum damnantibus: quibuſdam patrium morem defendentibus.* V*nde fit vt ſimplices exemplorum varietate turbati, in vtram partem declinare debeant hæſitantes, nutent.* Proinde *quid de eiuſmodi magis ſentiendum colligi poßit tam ex ſacris, quàm ex patrum iam ab apoſtolorum tempore ſcriptis, ſententiis, & exemplis, compendio quodam ſcribere ſtudebimus.* Q*uod vt decentius fiat, clariuſque ſit, in propoſitiones aliquot partiemur.*

Prima

Prima propoſitio.

Mortuorum corpora ſepelire, bonum opus eſt & charitatis: ſic & inſtituere corpus ſuum ſepeliri, modo actus hi debitis muniantur circunſtantiis, vt par eſt & in aliis actibus bonis. Sepelire aut ſepeliri iubere.

Probatur primum ex legis naturæ patrum exemplis. Geneſis vltimo. Ioſeph & cæteri patriarchæ fratres eius, dictante ſpiritu ſancto ſcribuntur: & Geneſis. 49. inſtituente, iubentéque Iacob patriarcha afflato ſpiritu ſancto commemorantur ipſum Iacob ſepeliiſſe. Quod afflatus diuino ſpiritu, actuſque prophetico munere (qualis ibi docetur) non egiſſet, niſi bonum rationique conſentaneum foret. Ergo patriarchæ illi ſuo exemplo docuerunt mortuorum corpora ſepelienda: & Iacob exemplo ſuo monuit, inſtituere corpus ſuum ſepeliri, eſſe diuini ſpiritus (quo agebatur) voluntati conforme. Sub lege ſcripta. Tobiæ ſecundo capite in Tobiæ ſenioris commendationem dicitur, quod Probatio ex lege naturæ. Prob. ex lege ſcripta.

quòd plus timens deum quam regem, ſepè liebat corpora occiſorum ab Aſſyriis. Si igitur ex timore filiali (vt ſatis conſtat) hæc præſtabat: ergo ex charitate dei fiebat vt mortuorum corpora ſepeliret. Proinde cap. 12. inter memorandum pias & ſanctas eius actiones, angelus id etiam ei referebat: Quando ſepeliebas mortuos, & cætera. Auguſtinus tomo. 4. lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 9. memorans quod habetur . 2. Regum cap. 2. Laudantur (ait) illi, & à rege Dauid benedicuntur, qui Saulis & Ionathæ oſsibus aridis ſepulturæ miſericordiam præſtiterunt.

Epiphanius in panario aduerſus octoginta hæreſes : in nouam hæreſin, quæ eſt in Samaritas, dicit. Sepelierunt angeli (velut traditio quæ ad nos deuenit habet) corpus Moſis ſancti. hæc ille. En vt in ſacris, et ab angelo, à ſancto propheta Dauide laudantur qui mortuis ſepulturæ miſericordiam præſtiterunt: eandem quoque

miſericordiam ab angelis, mortuo ſancto Moſi exhibitam.Non autem ab illis opus ipſum ſepeliendi commendaretur, nec ab iſtis defuncto Moſi impenderetur,niſi bonum opus eſſet,diuinæq; voluntati conſonum. Si forſan dixerit quis, ea tempore legis naturæ, & legis ſcriptæ dum illis omnia contingerent in figuram,obſeruata,non tamẽ tempore Legis gratiæ & veritatis:licet reſponſio prorſum non valeat quum prædicta ſemper probent opus ipſũ bonum,rationiq; conforme,probamus tamen & id tempore Legis gratiæ ſeruatũ, Actuum octauo cap. de ſancto Stephano poſtquam obiiſſet pro Chriſto,dicitur:Curauerunt Stephanum viri timorati:aut(ſecundum beatum Chryſoſtomum & Oecumenium et cæteros fermè omnes Græcos) viri religioſi:& fecerunt planctum magnum ſuper eum. Cura illa, qua viri religioſi dicuntur eum curaſſe, fuit ſepultura,vt teſtatur eccleſia in eius memoriam

Probatio ex lege euangelica.

riam

riam canens id: Sepelierunt Stephanum vi ri timorati, & cætera. Sic & id interpretantur Chryſoſtomus. to. 3. homil. 18. in acta apoſtolorũ, & Oecumenius in octauũ ca. act. Conſtat igitur etiã cõmendari in nouo teſtamento, eos qui ſepelierũt Stephanũ, propter opus ſepeliẽdi. Non enim ſimul memorarentur viri timorati religioſivé, cum hoc quod eſt Stephanũ ſepeliiſſe, niſi religioſum ac piũ eſſet Stephanum ſepeliiſſe. Ioannis quoq; cap. 19. in perpetuã rei factiq; memoriã, Ioſeph ab Arimathia & Nicodemus Chriſtũ ſepeliiſſe memorantur. Auguſtinus proinde lib. 1. de ciuitate dei, cap. 13. ait. Laudabiliter cõmemorantur in euangelio, qui Chriſti corpus acceptum, diligenter atq; honorificè tegendũ ſepeliendũq; curarunt. Ob id, factum id Lucas cap. 23. deſcripturus, præmittit quod is Decurio, vir bonus et iuſtus eſſet: qui nec conſilio eorum, nec actibus conſenſiſſet, qui Chriſti mortem petierãt

quodque

quodq́ue dei regnum expectaret: mox autem ſubnectit quanta diligentia Chriſtũ ſepeliiſſet: quæ omnia ad facti commendationem faciunt. Alia ad id teſtimonia prætereo.

Secunda propoſitio.

Mortuorum corpora, vel etiam cum vitæ diſcrimine ſepelire, nonnunquàm bonum eſt: imò vel heroicum, vel propemodum heroicum. Vt dum ſęuiente peſte, ob mortis periculum corpora relinquerentur inſepulta: aut ob quid conſimile.

Probatur. Tobiæ primo capite dicitur. Denique dum reuerſus eſſet Sennacherib fugiens à Iudæa plagam quam circa eum fecerat deus propter blaſphemiam ſuam, & iratus multos occideret ex filiis Iſraël, Tobias ſepeliebat, corpora eorum. At vbi nuntiatum eſt regi, iuſſit eum occidi: & tulit omnem ſubſtantiam eius.

Qui cum ſuis fugiens, nudus latuit. Occiſo tandem Sennacherib, totam ſubſtãtiam ſuam recepit. Deinde *capite 2. dicitur. Quum nuntiatum ei eſſet vnum ex filiis Iſraël iugulatum iacere in platea, ſtatim is exiliens de accubitu ſuo, relicto prandio; ieiunus peruenit ad corpus: tollensq́; illud, portauit in domum ſuam occultè: vt dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. Dum autem ſol occubuiſſet, ſepeliuit eum. Arguebant autem eũ omnes proximi eius dicentes.* Iam *huius rei cauſa interfici iuſſus es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos.* Sed Tobias *plus timens deum, quàm regem rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & mediis noctibus ſepeliebat ea.* En *vt commendatur* Tobias *ex ſepelitione mortuorum corporum: quæ cum vitæ ſuæ diſcrimine, clàm rapta, clàm quoque ſepeliebat, ſciens nempe iam ob huiuſmodi ſe necari iuſſum fuiſſe totaq́ue ſubſtantia*

priuatum

priuatum. At ex timore filiali Dei, *ſpreto mortis periculo, ab iis officiis impendendis non deſiſtebat.* Quod autem ex *ſacrarum literarum teſtimonio laudetur ob inhumationem etiam cum ſuæ vitæ diſcrimine factam, planè docet id quod capite duodecimo eiuſdem libri habetur. Siquidem angelus* Raphael *ei ſeipſum manifeſtãs, eiúſque ſingulariter laudabilia memorans opera, dixit:* Quando orabas cum lachrymis: & ſepeliebas mortuos: & eos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino: & acceptus eras domino &c. Ex *primo* & *ſecundo capitibus apertiſsimum eſt non citra vitæ ſuæ diſcrimen ipſum* Tobiam *occiſa corpora rapuiſſe, raptáque domi abdidiſſe, & tandem nocte ſepeliiſſe, quum ob id occidi iuſſus & facultatibus orbatus aliquando fugiſſet, & tunc eadem peragens, à ſuis ob imminens periculum deſiſtere moneretur.* At *plus*

timens Deum *quàm regem ſeu pœnas aut ſupplicium à rege ſibi paratũ ſi in iis deprehenderetur, ab eiuſmodi ſepelitione nõ abſtrahebatur, ita* vt *die quodam ex illis ſepelitionibus plurimum fatigatus ſedens ſopori indulgeret, dilapſo in oculos eius hirundinis ſtercore ſit obcæcatus.* Tobiæ *2.cap.* Si *autem cum* vitæ *periculo mortuorum corpora ſepelire bonum ſingulariter non eſſet, ob id ab angelo, imo à ſpiritu ſancto nõ laudaretur* vt *eum laudari videre eſt capite duodecimo.* Quod *autem bonum id opus* vel *heroicum,* vel *ferme heroicum ſit*, *ex eo* Pauli *ad* Romanos *capite quinto colligi poteſt* vbi *dicitur.* Vix, *ſeu difficulter pro iuſto quis moritur.* Proinde *quum opus id tam difficile debitis cirunſtantiis munitum non niſi à magna tam* Dei *quàm proximi dilectione proficiſci* valeat, *ſecundum id* Ioannis *capite decimoquinto.* Maiorem *hac dilectionem nemo habet,* vt *animam ſuam*

Sepelire cum periculo vitæ heroicũ prob.

ponat

ponat pro amicis ſuis, conſequens eſt opus ipſum ſepeliendi mortuorum corpora cum vitæ propriæ diſcrimine, eſſe vel hæroicum, vel propemodum hæroicum.

Nimirum vero perſimile eſt Ioſeph *ab* Arimathia *prudentem ſcientémque, ſe, réſque ſuas expoſuiſſe periculo, dum* Chriſti *corpus petitum, ſibíque datum, palàm, honorificéque ſepeliret: vtpote qui principum, ſummorumq́ue ſacerdotum* Iudæorum *conſilio non conſenſerat, imò actibus eorum obueniebat, Chriſti corpus honorificè ſepeliens, vt docet* Lucas *capite vigeſimotertio: quum eum prorſus contercre eiusq́ue nomen & honorem delere, euacuare, viliter ignominioſéque tractando radicitus ab hominum memoria tollere ſtatuerant & contendebant.* Demum *ſi* Nicodemo *in euangelio ſuo credere volumus,* Ioſeph *ab* Arimathia *ob id opus*

Ioſeph ab Arimath. cū vitę periculo chriſti corp° ſepeliuit.

 inſigne

inſigne quo Chriſtum ſepeliuit honorificè, in carcerem à Iudæis coniectus eſt, morte damnandus, niſi à Chriſto liberatus eſſet. Ex *ea tamen honorifica Chriſti ſepelitione cum vitæ periculo, conſtat eum ab euangelio commẽdari, vt ſuperius docuimus: & Auguſtini teſtimonio monſtrauimus.* Marci, 15. *cap. ſatis innuitur, ſcienter cum vitæ ſuæ, rerumq́ue ſuarum periculo, Chriſti corpus petitum, honorificè ſepeliiſſe: dicitur enim,* Venit Ioſeph *ab* Arimathia *nobilis decurio, qui & erat expectans regnum* Dei, *& audacter introiuit ad* Pilatum, *& petiit corpus* Ieſu. *Sequitur,* Ioſeph *mercatus ſindonem, & deponens eum inuoluit ſindone, & poſuit eum in monumento quod erat exciſum in petra.* Per *id, audacter, (loco cuius apud* Theophylactum & *ſecundum* Eraſmum *& alios quoſdam ponitur, ſumpta audacia: quo ſignificatur malum arduum ei imminuiſſe (non ſumitur au-*

dacia

dacia laudabiliter & à viro probato, niſi conformiter ad rationem contra malum quoddam penè imminens. Proinde *ſi* Io*ſeph audaciam in Chriſti corpore petendo & honorificè ſepeliendo ſumpſit, ergo malum quoddam pœnæ illi inſtabat*. Non *autem malũ arduum pœnæ videtur aliud inſtitiſſe, niſi mors aut dignitatis rerúmque expoliatio: Sicq́ue petendo, & honorificè ſepeliendo ſanctum Chriſti corpus, ſeſe periculo ſcienter exponebat*. Et *licet ex lege(vt patet* Deuterono.xxi.)*in cruce mortui ſepeliri iuberentur eodem die quo mortui eſſent, tamen ob honorificentiam illius ſepulturæ* Chriſto *exhibitæ (quem prorſum vilem & contemptibilem* Iud*æi reddere contendebant) anſam & argumentum occidendi vel alias mulctãdi* Io*ſeph ſumebant*. His *forſan obiicitur* qu*òd* T*heoph.enarrans prædictum* Mar*ci decimoquinto capite locum, videatur aſſerere* Io*ſephum non cogitaſſe de vllo*

periculo dum honorificè Chriſtum ſepeliret. ait enim: Beatus Ioſeph *laudatũ audet facinus. neque cogitabat diues ſum, & diuitias amittere poſſum. Si poſtulauero corpus eius qui propter tyrannidem affectatam condemnatus, accuſabor à Iudæis.* Nihil *tale ſecum dicebat: ſed omnia ſecus cogitans petiuit vt ſepeliret condẽnatũ corpus.* Ad *quæ dicimus* Theophylacti *mentem non eſſe quòd* Ioſeph *nihil eorum abſolutè iudicaret aut apprehenderet: ſed egit ſecundum eam loquendi cõſuetudinem, quæ eſt: vt dum quis facit quidquam, perinde ac ſi quædam ex hoc vel propter hoc quod facit commodare vel incommodare valentia, non ſpectaret, dicitur tunc is illa commodare vel incommodare valentia, non ſpectare, quanuis actu ſpectet aut contempletur illa.* Sic *qui perditè viuit quanuis mortis meminerit, dicitur tamen non meminiſſe mortis, quia perinde agit ac ſi mortis nõ meminiſſet:*

miniſſet: ita Ioſeph dicitur non cogitaſſe ſe propter Chriſti ſepelitionem honorificam, ſuáſve facultates exponendas periculo: non quin ei illa interdum in mentem venirent, ſed quia ita agebat ac ſi nil eorum in mẽtem ſibi veniſſet: videlicet quia nil tale timebat, paratus mortem potius ſubire, & rerum ſuarum expoliationem, quàm debitam corpori Chriſti non exhibere ſepulturam: ſicque dicitur audaciam ſumpſiſſe. Ambroſius *libro decimo comment. in* Lucam, *cap. de ſepultura corporis* Chriſti, *his ſuffragatur dicẽs.* Ioſeph *occultus venit ad* Pilatum *propter metum* Iudæorum. *Quo modo iuſtus latebram periculi timore quæſiuit?* Ego *autem puto quòd ideo occultè petierit vt corpus impetraret, non vt periculum caueret. hæc ille. quibus ſentit* Ambroſius Ioſeph *ideo* Chriſti *corpus occultè petiiſſe, vt à* Iudæis *non impediretur ab impetratione ipſius corporis, non vt*

cauèret periculum. Non enim ſit aliquid peculiari quodam modo vt vitetur periculum non impetrandi quid,non curando ſeu non timendo aliud imminens periculum laudabiliter, niſi putetur imminere vel adeſſe illud periculum cui laudabiliter ſe exponit quis. Porrò ſanctos propemodum innumeros legimus occiſorum pro Chriſto martyrum corpora iuſſa carere ſepultura, contra tyrannorum ſententias terræ condidiſſe: idq́ue nonnunquam (dum licuit) honorificè. Compertiſsimum eſt id citra vitæ ſuæ,facultatumq; ſuarũ periculũ eos præſtare nõ valuiſſe:quod tamẽ prudẽtes,ſcientesq́ue faciebãt,quũ dictatas & proclamatas iudicũ ſentẽtias nõ ignorarẽt.Eiuſmodi tamẽ eorum geſta vt heroica, celebrat eccleſia. Proĩde ſanctũ Fœlicẽ ſeniorẽ presbyterũ et martyrẽ inſepultũ iacere indicatũ,pios Chriſtianos cõmendat eccleſia,ꝗ eũ, licet cõtra tyrãni ſententiã,cum ſui diſcrimine humi

humi condiderunt. Sic ſanctus Ioannes preſbyter, ſancti marius, Martha eius vxor, Audifax & Abacuc eorum filii, quod ducentorum ſexaginta duorum martyrũ corpora cremari iuſſa, magna iam ex parte flammis abſumpta, quantum ſibi per ocium & labores non modicos datum eſt, ſepelierunt, oppidoquàm probantur. Ita quoque qui beati Anaſtaſii martyris corpus contra iudicis ſententiam à lupis & canibus ereptum, terræ honorificè commendauerunt. Proinde Chryſoſt. to. 5. ſermone in Iuentium & Maximum martyres: de eorum poſt martyrium corporibus dicit. Poſt cædem quidam cum ſalutis periculo illos rapuerunt, vt eorum reliquias curarent decenter: optabantque potius mori, quàm illa corpora relinquere inhumata.

Tertia propoſitio.

Sanctorum, veréque chriſtianorum hominum vita defunctorum corpora honorificè ſepelire, à ſuperſtitione vanitateque tantum abeſt, vt etiam (modo citra ſuperfluitatem ac cum debitis circũſtantiis fiat) bonum ſit, deo gratum, ſacris ſcripturis, eccleſiæ antiquiſſima conſuetudine, ac vetuſtiſſimorum patrum & doctorum ſententiis cõmendatum & laudatum. Probamus.

Sepelire honorifi ce.

Deo gratum & bonum eſſe quod tam ſacris quàm ſanctorum patrum ſcriptis cõmendatur, & eccleſiæ catholicæ, iam ſtatim vbi per pacem datum eſt, antiqua cõſuetudo recepit cuiuis Chriſtiano perſuaſiſſimum eſt. Sanctorum autẽ corpora, honorificè ſepelire, tam ſacra quàm patrũ ſcripta laudant, & eccleſiæ cõſuetudo recepit ſtatim vbi pace donata eſt. igitur id bonum & deo gratum. Ex *ſcripturis*

Prob. ex lege naturæ.

ſacris doceo. Primùm ex lege naturæ, Ge*neſis. 50. ca. Ioſeph & cæteri vndecim patriarchæ ſepulturi ſancti patriarchæ Iacob patris ſui corpus, memorantur tanto*

cum

cum apparatu patrem ad ſepeliendum deferentes, profecti, vt in comitatu ſeniores omnes domus Pharaonis, *currus, equites & turba non modica funus celebrarent & admodum honorificum redderent.*

Sub lege ſcripta: Tobiæ.14.*cap.de ipſo* Tobia *dicitur:* Completis itaque annis *centum duobus, ſepultus eſt honorificè in* Niniue. *Proinde dicitur* Eccleſiaſtici.38. *cap.* Fili *in mortuum produc lachrymas: & ſecundum iudicium tege corpus eius: & non deſpicias ſepulturam illius: id eſt, ſecundum* Lyranum, *diſcretè & honeſtè ſecundum morem patriæ & merita defuncti, corpus illius ſepeli.* Ex lege Euangelica. Ioannis *capite decimonono,* Ioſeph *ab Arimathia, vir nobilis & iuſtus (vt teſtantur cæteri euangeliſtæ) &* Nicodemus *memorãtur* Chriſti *corpus aromatibus conditum ſicut mos eſt* Iudæis, *ſepeliiſſe. quod quia honorificè ſepelierint, ab ipſo euãgelio celebrãtur vt ante mille* Ex lege ſcrip. Ex lege euang.

centum

centum aut mille ducentos vel trecentos annos ſancti patres teſtati ſunt. Vnde Euſebius Ceſarienſis lib. 3. de demonſtratione euangelica, cap. 6. loquens de Chriſto ait: Deinde quum corpus ipſius familiares accepiſſent atq; honeſtè ſepulturæ cõmendaſſent, & cætera. Chryſoſt. apertius id docet homilia. 84. in Ioannem, dicẽs: Ioſeph & Nicodemum magnificè ſepeliiſſe Chriſti corpus. paulò poſt ſubnectit: Ieſum ſepelierunt, non vt reum, ſed magnificè ſecundum Iudæorum conſuetudinem tanquam magnum aliquem & admirabilem. Eandem ſententiam habent Auguſtinus lib. 1. de ciuit cap. 13. et Cyrillus cõment. in Ioannem lib. 12. cap. 40. & 41. & Theoph in Ioannem. Item act. 8. cap. dum Stephanum pro Chriſto occiſum curaſſe memorantur viri religioſi, indicãtur eum ſepeliendum ſeu honeſtè inhumandum curaſſe, vt iam prius docuimus primã propoſitionem probantes.

Vetuſtiſſimi patres noſtræ ſuffragan-tur ſententiæ, vt ex eccleſiæ conſuetudine antiquiſſima id obſeruari probantes, copioſè docebimus: ſi prius vnam & alterã produxerimus. Ambroſius *lib. primo de patriarcha* Abraham, *cap. 9. ait.* Locus *hic habet mortem vxoris, fletũ mariti, officium ſepulturæ:* Surrexit *(inquit)* Abra *ham à mortuo.* Docemur *vt non diutius inhæreamus mortuis: ſed quantum ſatis eſt officii deferamus. feſtinauit autẽ pro loco ſepulchri precium ſoluere, quum gratis daretur, vt non in alienis locis, ſed in noſtris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorum.* Hoc *ideò* Abrahã *fecit, quia nondum erant huiuſmodi dei templa, in quibus fidelium in domino reliquiæ conderentur. hæc ille.* Quibus *docet nos ex ſacris doceri quantum ſatis eſt offi cii mortuorum fidelium corporibus ſepeliendis impendere.* Satis *autem officii iis impendemus, dum eccleſiæ catholicæ con*

ſuetudinẽ

ſuetudinem, etiam antiquiſsimam, ſequemur. de qua poſt agemus. Auguſtinus *de ciuitate dei lib. primo, cap. 13. dicit non abiicienda, nec contemnenda mortuorum maximè iuſtorum ac fideliũ corpora: quibus tanquam organis & vaſis ad omnia bona opera vſus eſt ſpiritus ſanctus.* Proinde *antiquorum iuſtorum funera, officioſa pietate curata eſſe, exequias celebratas: ſepulturam quoq; prouiſam, eos etiã ſuperſtites de ſepeliendis aut transferendis corporibus ſuis filiis mandaſſe.* Quod *nunquàm egiſſent ſancti patres afflati ſpiritu ſancto, & ſpiritum cõtinuò poſt exhalaturi, ſi officioſa pietate curare, exequias emortuorum corporum celebrari, ſepulturam prouidere, & huiuſmodi cætera* Deo *grata non noſſent.* Imò *ita futurum ſub euangelica lege, à prophetis prænuntiatum fuiſſe, dum in capite noſtro* Chriſto *præcinebant, ita complẽdum docuit* Chryſoſtomus *tomo quinto, lib.*

aduerſus

aduerſus Gentiles,loquens de iis quæ per prophetas in ſcripturis de Chriſto tradita ſunt.ait enim: Funeris pompam non tranſierunt ſilentio, nempe quòd mulieres attulerunt myrrham,guttam, & caſiam.pſalm.quadrageſimo quarto.

Quod autem is Chryſoſtomus.ho.84. in Ioannem & alibi videtur ſentire prorſum contemnendas ſepulturas, easq́ue magnificas damnare,eius verba mentemq́ue ad amuſſim perpendenti conſtat eum id intendere,quòd non ſic curandæ ſint ſepulturæ,vt poſtpoſitis ſanctis actionibus, ſic per eas magnificas ſepulturas beemur vt citra has miſeri ſimus. Docetq́ue potius eas magnificas ſepulturas eſſe contemnendas,quàm adeas aſſequẽdas declinare martyrium pro Chriſto & veritate: vel ſupererogationis præſtantiſſima quæque opera omittere.Itemq́ue innuit ſuperfluitatem à quibuſdam obſeruatam,nihil tamen pietatis habentem reiiciendam eſſe.

Chryſoſto. ſententia de ſepulturis.

Proinde

Proinde ibi dicit. Quod non vt ſepulturã tollam dico, abſit: ſed vt luxuriam & ſuperfluam ambitionem. Et *paulò poſt.* N*on tamen (ait) ſepulturam prohibeo: ſed modus ſeruetur, vt tegatur corpus: non nudum mandetur terræ. hæc ille.* Q*uod ait aduerſus eos qui aureis veſtibus aut monilibus ornata corpora inhumabant.*

Ecclesiæ naſcentis conſuetudo de ſepulturis.

C*onſuetudinem hanc mox à principio naſcentis eccleſiæ fuiſſe, vt dum per facultatem liceret ſanctorum fideliumq́; corpora honorificè ſepelirentur, iis qui ſanctorum patrum ſcripta, continuò poſt cœptã apoſtolorum per vniuerſum mundum prædicationem, in lucem edita perluſtrarunt, exploratiſsimum eſt.* Dio*nyſius enim libro* Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, *cap. ſeptimo, poſt multa de defũcto cuius vita pia vereq́; Chriſtiana fuit, ſubdit de propinquis ipſius:* A*ccipientes eum, ad ſummum ſacerdotem ducunt tanquam ſacris coronis donandum.* I*pſe autem (nempe ſacerdos)*

dos) cantans ſuſcipit, & ea peragit, quæ diuino inſtituto ſuper ſanctè quieſcentibus fiunt. Congregans ſacerdos ſacrum chorum, ſi ſacerdotalis ordinis fuerit qui dormiuit, ante ſanctum altare inclinans eum, orationem ad Deum inchoat, & gratiarum actionem. Si ſanctis monachis, aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad venerandum ſacrarium, ipſum ante ſacerdotum ingreſſum inclinat: deinde precem cũ gratiarum actione præſul peragit: deinde verò miniſtri inſerta diuinis eloquiis veriſſima de noſtra reſurrectione promiſſa legentes, ſacrè cantant confitentes hoc, & valentia Pſalmorum cantica. Et poſt alia multa, dicit: Oratione facta, honeſto in loco ponit corpus cum æqualibus aliis corporibus ſanctis. Deinde in theoria eiuſdẽ capitis ait. Sed hæc immũdi, id eſt infideles, ſi viderint aut audierint à nobis agi, in ſepulturis videlicet, latè ridebũt: nõ oportet autẽ mirari ad hoc: ſi enim nõ credide-

rint(vt eloquia aiunt)non intelligent. E*n vt* P*auli diſcipulus memorat defuncti ſancti corpus iam ſuo tẽpore ſolere deferri à propinquis ad præſulem ſeu paſtorẽ:qui agebat in ipſum defunctũ quæ ex diuino inſtituto in ſepeliẽdo fidelis hominis corpore fieri ſolebãt (& ita in cõſuetudinem iam trãſierat)vtpote quòd ſanctus cõgregabatur chorus:quòd corpus in ſacrũ locũ ꝑferebatur:quòd miniſtri eccleſiæ quædã (ſaltẽ ex parte) à ſacris de reſurrectione deſumpta legebãt, & pſalmos cãtabãt & cætera:quæ ſolẽnitatis plurimum habẽt.* H*æretici verò & cæteri ĩfideles hæc(ait) habẽt ludibrio,quia nõ credunt, & ita nec intelligunt.* In Oecumenio *in tractulo quem quis edidit de locis prædicationum,* & *de morte apoſtolorũ iam à mille centum octoginta annis,ſic habetur de* Eunu*cho* Candaces *reginæ* Aethiopũ,*qui* A*ctuum octauo recenſetur à* Philippo *baptizatus,* ꝙ *in* Arabia Fœlici *prædicarit: fertúrque*

Eunuchus cãdaces reginæ,honorificè ſep.

fertúrq; martyrio vitã ibi finiuiſſe, & glorioſè ſepultus eſſe. Id *nimirum teſtimonio eſt quòd illo iam tẽpore apoſtolorũ, quibus erat cõtemporaneus is* Eunuchus, *obſeruaretur glorioſa ſeu honorifica ſepultura.* Gregorius Nãzian. *à mille ducẽtis annis, oratione ſecunda in* Iulianũ *imperatorẽ, loquens de* Cõſtantij *imperatoris pii & fidelis ſepultura, dicit:* Cõſtantius *cõmunibus omniũ elatus eſt manibus ac põpis, iiſq́; venerãdis, ac noſtris nec nõ cãtibus tota nocte reſonãtibus, ac luminaribus accenſis: quibus* Chriſtiani *trãſitum pium honorare cẽſemus: panegirisq́; poſt interitum dictus eſt: & corporis facta deportatio.* Notus *præterea ſermo fidelis, et qui ad multorum peruenit auditum, quòd poſtquam corpus taurum mõtem ſuperauit, vt in paterna eius conderetur ciuitate, nempe in magna hac & cognominis eiuſdem, vox quædam ex alto eſt audita tãquam canentium & præmittentium* Constantij imperat. ſepultura q.

angelicarum puto virtutum, ob honorem pietatis eius ac retributionem ſepulturæ. P*oſtquam corpus magnæ & regiæ appropinquauit ciuitati, quid referre opus eſt vniuerſi exercitus cõcomitationem, ordinéſq; armatos nõ ſecus ac imperatori victi obuiã factos, aut ciuitatis illuſtris effuſionẽ memorabiliorẽ quàm vnquã facta fuit, ſiue poſthac erit. hæc ille.* Mox*q́; ſubdit corpus ſic in templum apoſtolorum ad ſepulchrũ perlatum eſſe.* En *quãta põpa, quamq́ue ſolenni* Conſtantij *imperatoris corpus eſt conditũ: qui licet magnatũ ſuorum ſibiq; adſtãtium pſuaſione, ſententiæ minus catholicæ acquieuerit aliquãdo, id tamẽ quia literarũ peritus non eſſet, magis ex opinione quã ex pertinaci mẽte feciſſe putãdus eſt: vt ibi vult* Greg. N*ãziã.* Solẽnem *pompã exprimit in his, quòd cleri cantu reſonante circum funus, nõ tantum die, ſed & nocte, accenſis luminaribus (quibus pium* Chriſtiani *tranſitum iam*

iam honorari catholici cenſebant) ipſa celebraretur ſepultura. Nec tantum ab hominibus, ſed à ſupernis quoq; ciuibus, nempe ab angelis cantantibus præcedēdo funus. Præterea quod nobiliũ, armatorũ quoque militum copiæ funus honorarint, & in ædem apoſtolorum, vbi iam paratũ erat ſepulchrum, delatum ſit. Damaſcenus pariter in hiſtoria Barlaam & Ioſaphat, deſcripta morte Ioſaphat, qui deiectis regiis inſignibus, abnegatóque regni iure, Chriſti fidem, imò verè Chriſtianam & euangelicam perfectionem profitens, hæremiticam duxerat vitam in hæremo, dicit eum à quodam alio viro ſancto, non procul ab eo degente (qui & diuina reuelatione præmonitus ipſa dormitionis hora adfuerat illi) ſacris laudibus honoratum, cunctíſque peractis quæ Chriſtianis legitima ſunt, in ſepulchro probatiſſimi quondam patris Barlaam (à quo veritatem primò fuerat edoctus) poſitũ. Ioſaphat & Barlaam ſepulti honorificè.

En vt Deus ſeruo ſuo proſpexit de ſepultura: vt qui mundanos honores nihil prorſum fecerat propter Chriſtũ, quãtula poſſet in ceremo (quam nulli præter Anachoretas incolebãt) impẽdi legitimo Chriſtianorum more non orbaretur: & vbi frequens deerat clerus ac populus, & vbi cerei nulli, ſaltem (quod ſupererat) ſacris laudibus & cæteris quæ illic præſtari valebãt honoraretur. Sequitur tandem: Mirãdo quoq; *præcepto per viſionem cõſtrictus qui ei ſepulturæ beneficiũ impẽderat eremita ad* Indorum *regnum profectus* Barrachiæ *regi cũcta hæc recẽſet. Qui copioſa multitudine mox accita, virtute multa ſtipatus, monimenti locum adit: ablato operculo in vberrimas cõtinuò prorumpit lachrimas* Barlaam & Ioſaphat *corpora cernẽs à priore colore nullatenus immutata: ſincera verò & oĩno integra cũ ſuis indumentis.* Tunc *illa ſanctarum animarũ tabernacula multam ſuauitatem odoris ſpirabãt, fœditatis nihil prorſus reti-*

nentia, quæ rex in thecis precioſis recondita, in ſuam reportauit patriam. Vt autem ad aures populi peruenit, innumerabilis multitudo ex omnibus ciuitatibus & adiacentibus locis, ad adoranda & videnda beatorum virorum illorum corpora cõfluebat honorificè cum hymnis & canticis & lampadibus ac cereis ardentibus. Splendidè verò & magnificè in eccleſia, quam Ioſaphat à fundamentis erexerat, depoſita ſunt corpora. Plurima ergo miracula in tranſlatione, & depoſitione, & deinceps per ſanctos famulos ſuos operatus eſt Chriſtus. En quanta pompa, quanta multitudine magnatum & populi, quantis ſumptibus, canticis, lampadibus, accenſisq; luminaribus honorificè celebrata eſt ſanctorum virorum ſecunda ſepultura: qui tã etſi vitã adeò duxiſſent auſteram, adeò Chriſtianã & euangelicam vt non dubitarentur mox ad beatitudinem admiſſi, nullius omnino pœnæ de-

bitores, tam honorifica tamen ſepultura debuerant celebrari ad Dei, ipſorumq́ue ſanctorũ honorem, & id obeuntium ſalu tem. Et *ſi ſanctis iis nihil inde beatitudinis eſſentialis accedebat, Deo tamen ſanctisq́; debitus præſtabatur honos: accidẽtalisq́; beatitudinis his nonnihil accedebat: iis fungentibus officiis, commoditatis plurimum vt miracula tũc diuinitus ædita, & infidelium conuerſio mox ſequuta docuerunt.* Hieronymus, *tomo primo, in epitaphio* Paulæ, *cuius initium eſt.* Si *cuncta corporis mei membra, loquens de ipſius* Paulæ *ſepultura, ait.* Ex *hinc, non vlulatus, non planctus vt inter ſæculi homines fieri ſolet: ſed pſalmorum linguis diuerſis examina concrepabant.* Tranſlataq́ue Epiſcoporum *manibus, & ceruicem feretro ſubiiciẽtibus, quum alij pontifices lampadas cereosq́; perferrent, alij pſallẽtiũ choros ducerẽt, in media eccleſia ſpeluũcæ ſaluatoris eſt poſita.* T*ota ad*

Paulæ ſepultura magnificentiſſima.

funus

funus eius palæſtinarum vrbium turba cõuenit. Quem monachorum in hæremo latentium, cellula ſua tenuit? Quam virginum cubiculorum ſecreta texerunt? Sacrilegium putabat qui non tali fœminæ vltimum reddidiſſet officium. Viduæ & pauperes in exemplum Dorcadis, *veſtes ab ea præbitas oſtendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam ſe perdidiſſe clamabat. Quodq́; mirum eſt, nihil pallor mutauerat faciem: ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam ſed dormientem.* H*ebræo, Græco*, Latino, *Syroq́; ſermone pſalmi in ordine perſonabant: non ſolum triduo donec ſubter eccleſiam, et iuxta ſpecum domini conderetur: ſed per totam ebdomadam, cunctis qui venerant ſuum funus & proprias credentibus lachrymas.* V*enerabilis virgo filia eius* E*uſtochium quaſi ablactata ſuper matrem ſuam, abſtrahi à parente non poterat: deoſculari oculos,*

oculos, hærere vultui, totum corpus amplexari, & ſe cum matre velle ſepeliri. hæc illæ. Specta qua ſolennitate ad ſepulchrum delatum eſt ſanctum illud corpus, quum ab epiſcopis portaretur, aliis epiſcopis præcedentibus cum cereis & luminaribus, aliis choros monachorum & cæterorum clericorum ducentibus, concomitantibus non modo Bethleëmiticis, *ſed & palæſtinis turbis propemodum innumeris.* Funebres *pſalmorum & eorum quæ iam tunc in iis exequiis decantari ſolebāt, cantus quàm varii longóque tempore ducti fuerint expende: quum aliquot diebus etiam poſtquàm ſepulchro in eccleſia conditum eſt, perſeuerarent.* Non *ergo noua nec recenter hæc excogitata ſunt.*

Proinde *idem* Hiero.*to.*1.*in vita* Pau*li primi eremitæ, recenſens vt hunc defunctum ſanctus* Antonius *qui ſolus ad defunctum à* Deo *miſſus aduenerat, ſepelierit*

lierit,ita habet,Obuoluto & foras prolato corpore,hymnos quoque & pſalmos de chriſtiana traditione decantans, contriſtabatur Antonius *quod ſarculum non haberet:fluctuanſque vario mentis æſtu & ſecum multa reputans,dicebat: Si ad monaſterium reuertor, tridui iter eſt: ſi hic maneam,nihil vltra proficiam.* Moriar *ergo vt dignum eſt: iuxta bellatorem tuum,Chriſte,ruens extremum halitum fundam.* Eo *talia animo voluente, ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes volantibus per colla iubis ferebantur: qui directo curſu ad cadauer beati ſenis ſubſtiterunt:adulantibuſq; caudis circa pedes eius accubuere fremitu ingenti rugientes, prorſus vt eos intelligeres plangere quomodo poterāt.* Deinde *haud procul cœperunt humum pedibus ſcalpere arenāq; certatim egerētes vnius hominis capacē locū effoderūt.* Qūūq; *receſſiſſent depoſito*

depoſito eo in foſſam, humum deſuper congregans, tumulum ex more compoſuit. Adnota ex iis Hieronymũ memorare *beatum* Antonium *qui tum ſolus erat, ita quoque remotus à fratribus vt inde tridui iter eſſet, quod potuit exoluiſſe ſecundum traditionem chriſtianam.* Et *cui ibi luminaria deerant omnino: cõcomitantia quoq; agmina, ſaltem quod valuit, præſtitit.* Nam *corpus obuoluit, foras protulit: hymnos circum corpus, pſalmosq́; decantauit.* Et *quod ab hominibus neſcientibus eum obiiſſe non eſt exhibitum,* Deus *per leones, animantium ferociſſima, ſuppleuit, dum cadaueris pedibus accubantes ingenti fremitu rugiendo, defunctum ſanctum quodammodo planxerunt, inhumandoq́; corpori foſſam parauerunt.* Quibus *etſi non egeret ſanctiſſimi* Pauli *anima, tamẽ corpori quod piis operibus obeundis fuerat animæ vſui, id à ſuperſtitibus officium deberi, ſibiq́; autori naturæ*

gratum

gratum eſſe, Deus hoc iudicio declarauit.

Chryſoſtomus homilia ſexageſima in Ioannem culpans inſanos quorundam ſui temporis fletus, vt pote quòd defunctos lugentes, ancillas aut ſeruos cedebant quaſi defunctos ſic honorarent, dicit. Honor mortuo non eſt fletus, nõ eiulatus: ſed hymni & pſalmi. Quo innuit hymnos & pſalmos ſuò tempore in defunctorũ luctu decantari ſolere. Idem Chryſoſt. to. 5. ad populum Antiochenum homil. ſeptuageſima, quæ inſcribitur. quod pro defunctis lugendum non eſt ſed orandum, vbi criminatur & arguit eos qui tantis eiulatibus & vociferationibus coràm Iudæis et Gentilibus defunctos plangebant, vt eos nunquam reſurrecturos viderentur cenſere, & non expendere quod Paulus dicit nos per Chriſtum liberandos, qui metu mortis per omnem vitam eramus obnoxii ſeruituti: vt ex his quæ in defunctorum funere exhibentur, moueamur, non ita lugere, dicit:

Chryſoſto. ſententiæ de ritibus ſepulturæ.

dicit. Sed vos iſta (nempe quòd per Chriſtum poſt hanc mortem ſumus à ſeruitute & ſubiectione malorum liberandi) credi ab infidelibus non ſinitis, operibus pugnantes aduerſus ea: licet Deus multa fieri anteà ſtruxerit, vt hanc tolleret improbam conſuetudinem. Quid enim ardentes (quæſo) lampades ſibi volunt? Nonne eos tanquàm athletas comitamur? Quid autem hymni? nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctū coronauit, abſoluit à laboribus, & ab incertitudine ſublatum penes ſe retinet? Nonne hymni propterea? nõne propterea pſalmodiæ? Poſtmodum iis obiurgatis ob inſanum morem quo mulieres quaſdam ad deflendum mortuum conductas ita ſtultis verbis & geſtis defunctum lugebant vt gentes conſueuerant: tandem addit. Qua de cauſa (quæſo) preſbyteros vocas & pſallentes? Nonne vt te conſolentur? nonne vt defunctum honorent? Cur

igitur

igitùr ipſum afficis contumelia? Tu,fœminas noſtra deſtruentes,quantum in ipſis eſt,producis. Quid hoc riſu peius? En vt in funebribus defunctorum chriſtianorum exequiis docet non tantum hymnorũ & pſalmorum decantationem, preſbyterorum accerſionem: ſed etiam luminaria tunc iam in vſu fuiſſe. Addubitabitur *meritò,quænam honorifica ſit illa ſepultura, qua ſanctorum vereq́; chriſtianorum corpora ſepeliri,pium & bonum eſt: & in quibus conſiſtit quod ab* Ambroſio *ſuperius edocemur ex ſacris,defunctis quantũ ſatis eſt officii deferendum.* Id *nimirum euangelica ſubinnuit lectio dum* Ioannis *cap.19.de* Ioſeph *ab Arimathia &* Nico*demo (quos* Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophylactus,*et* Beda, *vt ſuperius protulimus,Chriſtum honorificè ſepeliiſſe teſtantur)dicitur.* Acceperunt autem corpus *Ieſu: & ligauerunt illud linteis cum aromatibus ſicut mos eſt* Iudæis *ſepelire.* In

Honorifica ſepultura in quibus eſt.

Chriſtus honorificè ſepultus.

In quem locum Auguſt. tracta. centeſimo viceſimo in Ioannem, in to. 9. & Beda pariter in eundem Ioannis locum dicunt: Non fruſtra euangeliſta dixit: Sicut mos eſt Iudæis ſepelire. Ita quippe iis in officiis quæ mortuis exhibentur, morẽ cuiuſq; gentis eſſe ſeruandum admonuit.

Comitatio corporis ſepeliendi

Primum igitur ad honorificam ſpectat Chriſtianorum ſepulturam, id quod in eccleſia catholica ſeu vniuerſali in iis obeũdis officiis obſeruatum dignoſcitur: cuiuſmodi ſunt propinquorum conſanguineorum ac affinium, & vicinorum, aliorũ vé amicorum dum ſepeliendum defertur corpus, concomitatio dum commodè fieri poteſt. Quod in omni lege exhibitum cõſtat: Siquidem in lege naturæ Ioſeph patriarcha et fratres eius (vt iam declarauimus) dum patriarchæ Iacob patris ſui corpus ſepeliendum detulerunt, dicuntur habuiſſe in comitatu maiores natu domus Pharaonis, currus, equites, turbamq; non modicam.

dicam. Sub lege ſcripta, ſecundi Regũ *capite tertio. dum* Abner *occiſi ad ſepelien dum corpus portaretur*, Dauid *ſequebatur feretrum.* Et *vt toti ſepulturæ doceatur adſtitiſſe, dicitur quòd dum ſepultus eſt* Abner Dauid *fleuit multum.* Id*que ex cõſuetudinẹ tunc fuiſſe ſatis colligi poteſt ex hoc,* Lucæ *ſeptimo capite.* V*enit* I*eſus in* Naïm. Et *vt appropinquauit, ecce deferebatur vnicus matri ſuæ: & hæc erat vidua: & turba multa ciuitatis cum illa.* P*ariter eiuſdem* Lucæ 23. *cap. dicitur, quod mulieres quæ ſequutæ fuerant* Chriſtum *à* Galilæa, *dum corpus eius in ſepulchrũ portaretur, ſubſequebantur: & viderunt monimentum vt poſitum erat corpus eius. Sub lege euangelica, idem obſeruatum cõſtat. Siquidem vel Chriſto euangelium prædicante, vel moriente, vel euangelio per apoſtolos euulgato, lex cucurrit euangelica. Chriſto legem ſuam euulgante, vel iam mortuo, id obſeruatum laudabili-*

 ter,

ter ,ſacrum Lucæ*(vt ſuperius patet) re-fert euangelium:* Apoſtolorum *autem iam diffuſa per orbem prædicatione , mox id obſeruatum conſtat.*

Dionyſius *ſiquidem* Areopagita *eccle-ſiaſticæ* Hierar.*cap .ſeptimo :* Gregorius Nãzianzenus *de* Conſtantio *imperatore vt patet ſuperius :* Damaſcenus *in hiſto-ria* Barlaam *&* Ioſaphat*:*Hieronymus *in epitaphio* Paulæ*: nunc quoque vniuerſæ orthodoxæ eccleſiæ conſuetudo huic rei fi dem facit.*Ob *id ab hac ſemper obſerua-ta conſuetudine,vbi commodè obſeruari poteſt,citra neceßitatem recedere , noui-tas eſt.* Et *ſi nouitas omnis , antiquitati aduerſa,ſuſpecta eſt, aut non facile ad-mittenda,iubere ſine comitatu vllo,clám-que corpus ſuum (quod organum vaſque ſpiritus ſancti & ſacri corporis* Chri-*ſti fuit)ſine ceremonia vlla eccleſiaſtica, quæ omnia commodè præſtari valent, ſu-ſpectum erit,aut non facile admittendum.*

Sepeliri ſe clam iubere, nouitas eſt non admittẽda.

Nec

Nec prætexendum eſt, cadauer putre corpus & vermium eſcam eſſe: & ita ab hominibus nullo honore dignandum eſſe. neque id, quod nempe anima eorum quæ vita comite geſſit in corpore, ſiue bonorum ſiue malorum ſit mercedem adeptura. Sed animaduertant ipſum quoque corpus poſt iudicium glorificandum atque beandum. accuratius etiam expendant patriarchæ Iacob, Abner, *defuncti iuuenis, de quo* Lucæ *ſeptimo, cæterorum quoque de quibus* Dionyſius *agit, qui apoſtolorum tempore vel continuò pòſt moriebantur: pariter* Conſtantii, Paulæ, Barlaam *&* Ioſaphat *corpora: non minus cadauera fuiſſe, quàm piorum nunc vereq́ue* Chriſtianorum *qui nunc quoque morti ſuccumbunt: horumq́ue animas non minus diuinæ legi ſubeſſe quàm illorum. Quamobrem quum illorum ſepulturæ comitatum, temperatamq́ue ſolenni-*

Corpus cur dignandũ ſepultura.

 tatem

tatem, vel ſacra ſcriptura: vel vetuſtiſſimorum patrum narratio celebret, cur hodie ſapientes plus quam oportet ſapere, ſuo ſingulari hærentes ſenſui, hæc vt ſuperſtitioſa prorſumque vana deſpiciunt? Et *ſi non ſunt hæc curioſe quærenda, nec in faſtum optanda vel iubenda: nec ita æſtimanda, quaſi ſine his non ſit, aut nequeat homo eſſe beatus: propter tamen bona tam ſpiritibus defunctorum, ſi totam pœnam à ſe debitam non exoluerint, aduenientia propter hæc, quàm iis qui ex charitate cũ fide reſurrectionis funus comitantur: propterque conſuetudinem eccleſiæ catholicæ: vtque ſanctis ac verè chriſtianis maioribus noſtris conformemur, vbi commode fieri poſſunt, nec prohibenda, nec contemnenda, nec à* Chriſtianis *omittenda.*

Sũptuoſa faſtuoſaq; nimus ſepultura culpatur à patribus

Sumptuoſas autem faſtuoſasque magis quàm chriſtianas, ſuas ſepulturas fieri iubere, Baſilius concione ad diuites: Chry-

ſoſtomus

ſoſtomus quoque homilia ſexageſima ſexta in Geneſim, cæteriq́ue patres culpant, & ratio diſſuadet: & eum ſuperbum faſtum quo ſuperſtites ſunt vſi quidam, nec poſt mortem deponere volentes, & quaſi quo ſumptuoſior & magnificentior ſepultura fuerit, eo beatiores apud Deum ſint futuri: quaſi etiam citra pompam magnificam, miſeri apud Deum eſſent futuri: aut quominus magnifica, eo minus & ipſi forent beati, variis in locis arguunt ſancti patres. Nonnullos etiam videre eſt interdum, tota vita cumulandis diuitiis ſic inhiaſſe, vt vix in eleemoſinarum erogationem, aut diuino cultui conſecratorum exornationem, ſcuta centum inſumpſerint: qui etiamſi à vitiis non reſipuerint, nec vitam, nec affectionem in melius commutarint, in ſuperbas faſtuoſasq́ue ſepulturas, non Dei cultum, nec proximorum ædificationem, nec pauperum ſubleuatio-

nem intendentes, ſed magis humanam laudem aucupantes, plura quàm bis mille ſcutata ſtatuant expendi in faſtuoſis oſtentationibus, quaſi ſolis iis pompis apud homines honoratos ſe, apud Deum *quoque beatitudine dignandos cenſeant, aut beatitudinem nullam poſt mortem, præter humanos honores aucupari velle videantur.* Hos *nimirum errare culpandosque, patres ſancti conclamant.* V*eruntamen à perdita deplorandaque vita ſi pedem referant, eosque verè pœniteat, & vitam in melius commutare efficaciter ſtatuant, & factis eleemoſynis, erogarive iuſsis propter* Deum *& in peccatorum ſatiſfactionem, ſecundum conditionem ſuam, ſuarumque facultatum temperatam proportionem ſtatuerint in ſuis corporibus ſepeliendis ſolitam honeſtamque ſeruari ſolennitatem, quum iam nuptiali charitatis veſte propter pœnitentiam amicti ſint, ob*

piam

piam illam affectionem (vt ob alias pias affectiones) gloriam apud Deum *ſunt excepturi.* Et *quomodo hæc quæ in funebribus exequiis exhibentur, defunctis ad ſatiſfactionem directè vel indirectè valere poſſunt, illis quoque valebunt.*

Viuorũ amicorũ eſt magis curare ſepeliendi tẽperatã ſolennitatẽ, quã ipſorum teſtãtiũ. Teſtamẽto iubere ſe ſecũdum eccleſiæ morẽ ſepeliri, bonũ eſt.

Sanctorum patrum ſcripta, prolatáq; ab eis exempla, viuos defunctorũ conſanguineos, propinquos aut amicos, id ſolennitatis curare, ſoliciteque impendere, magis quàm morituros id expoſcere debere ſignificant. Quæ tamen bona quum ſint Deóque *grata, vt ex* Auguſtini *ſententia cum ſacris docuimus: modóque tanta ſit hæredum ſæpius auaritia, vt non tantum ſupra ea quæ teſtamentum exprimit non impendant: imò vix expreſſa compulſi obeant, fas erit, imò bonum & vtile ea quæ in piorum veréque chriſtianorum exequiis obſeruat, eccleſiæ*

catholicæ conſuetudo: & ſuæ patriæ mos etiam à ſanctis obſeruatus, & ab eccleſia non culpatus, tenuit, impendi ſibi præſtarique teſtamento iubere ac inſtituere, cuiuſmodi ſunt, & quod prædocuimus, & quæ poſthac recenſebimus.

Sacerdotes & monachos ſepeliendum corpus comitari, antiquus eſt eccleſiæ mos.

In ipſo autem comitatu, intelligimus hanc etiam propoſitionem. Euangelica lege diuulgata in eaque fundata eccleſia, mos is inualuit, à ſanctiſque patribus ſeruatus & commendatus, vt ſacerdotum, cæterorumque Eccleſiaſticorum ordinum quidam, & plærunque multi, nempe dum facultas & commoditas adeſſet, nonnunquàm & monachatum profeſſi, ſepeliendum corpus concomitarentur: tuncque, vel ſaltem dum terræ commendabatur, aut ſepulchro recondebatur, hymnos vel pſalmos, aut alia quædam de reſurrectione, de noſtræ mortalitatis conditione, diuinæ pietatis & clementiæ largitionem implorantes concinerent. Quum autem

ad

ad illud vſque tempus ſacrarum ſcripturarum progreſſio nõ extendatur, ſatis eſt id ex ſanctorum patrum (qui tunc floruerunt) ſcriptis cũ vniuerſalis eccleſiæ conſuetudine, probare. Dionyſius Areopa*gita lib. eccleſi. hierar. cap. ſeptimo, vt ſuperius recitauimus, docet vt ſacerdos cõgregans chorum clericorum, obſeruatis quibuſdam ceremoniis (quas ex inſtituto diuino dicit compleri) circa funus precem aſtans corpori fundit.* Interea *verò miniſtri quædam veriſſima de reſurrectione promiſſa diuinis eloquiis incerta, ſeu de ſacris ſcripturis deſumpta, & pſalmos quoſdam legunt vel cantant.* Proinde *lib. de diuinis nominibus cap. tertio memorat ſe & beatum* Hierotheum, *& plæroſque ex ſanctis fratribus apud diuino ſpiritu plenos pontifices noſtros, id eſt, apoſtolos conueniſſe, ad contuendum ſeu ſuſpiciendũ corpus illud, quod autorẽ vitæ deumque ſuſceperat, nempe corpus beatiſſimæ virginis*

Beatiſsimæ virginis Mariæ ſepultura magnifica.

virginis Mariæ, vbi aderãt Petrus & Iacobus frater domini: vbi poſt contuitũ, nimirum & venerationem illius ſanctiſſimi corporis, placuit vt põtifices quiſque pro ſuo captu infinitam Dei potentiam, immenſamq́ue bonitatem laudarent omnes. Quibus docemur eo iam quorundam apoſtolorum tempore, maximéque tempore eorum qui ab ipſis apoſtolis edocti ſunt, id in eccleſia obſeruatum, vt eccleſiaſticis viris tam hymnos & pſalmos, quàm alia quædam ad rem attinentia ſacris è ſcripturis decerpta recitantibus aut cantantibus, defuncti Chriſtiani funebres exequias, ſepulturáſque celebratas fuiſſe: diuinæque prouidentiæ conſilio ſic proſpectum eſſe, vt omnium merè creaturarum beatiſſima, nempe virgo Maria, vita defuncta, præſtantiſſimi poſt Chriſtum ſacerdotes, nempe apoſtoli tunc ſuperſtites, cæteráque fulgentiſſima totius

eccleſiæ

eccleſiæ lumina funeri illi comitando celebrandóque non deeſſent. Gregorius Nanziãzenus *oratione ſecunda in* Iulianum *imperatorem, vt ſuprà, loquens de ſolenni* Conſtantij *imperatoris ſepultura, ſatis indicat morem hunc ante mille ducentos annos (quo ferme tempore floruit) iam inoleuiſſe, memorans vt dum ad paternam ciuitatem deferretur* Conſtantij *corpus ſepeliendum, non modò die, verùm etiam nocte tota, vbi etiam ſtationes fiebant, Chriſtiani, eccleſiaſticique cantus reſonabant, imò* T*auro monte ſuperato, quò iter erat, concinentium ac veluti præeuntium angelorum (vt nũc fit à ſacerdotibus) voces auditæ ſunt.*

Damaſcenus *in hiſtoria* Barlaam & Ioſaphat, *narrat vt mortuum* Ioſaphat *in abditiſſima eremo, eremita quidam alius diuina iuſſione miſſus ſacris laudibus honoratum, cunctiſque quæ* Chriſtianis

Chriſtianis legitima ſunt peractis, ſepeliuit. Quibus cõſtat diuinas laudes circum funus ipſum ſaltem recitari, vbi propter ſolitudinem ex more decantari non poterant, iam Chriſtianis conſuetum fuiſſe, aliáque nõnulla iiſdem in iis exequiis obeundis legitima fuiſſe. Hieronymus *in epitaphio* Paulæ *diffuſiſſimè id docet, memorans vt in eius exequiis, dum ad eccleſiam corpus deferretur, affuerint epiſcopi multi, presbyteri, monachi propemodum innumeri, quorum plærique cantabãt: & non modo dum eſt delatum, ac in eccleſia depoſitum, & in ſpecu reconditum: verum etiam tota illa ebdomada, variis linguis conuenientes pſalmos & alia quædã decantarunt.* Chryſoſtomus *ho. ſeptuageſima, ad populum* Antiochenum, *vt etiam iam citauimus, dicit hymnis & pſalmodiis quæ circũ funus, & in ſepultura concinuntur* Deum *honorari, eiq́ue gratias agi.* Presbyteros *quoque & alios pſallentes,*

tes, ab amicis defuncti euocari & accerſiri ad id, vt etiam defunctum iis honorẽt: non autem accerſiendas mulieres quaſdã conductitias ad ſtultum quendam luctum exhibendum, quo contumelia magis quàm honore defunctus afficitur. Exinde *patẽter innuit presbyteros, alióſque ſacris initiatos ad funus diuinis laudibus & pſalmis proſequendum: &, vt iis fieri poteſt, ad defuncti ſpiritum ſubleuãdum, iam ſuo tempore accerſiri ſolitos fuiſſe.* Compertiſſimum *eſt igitur, tã ex teſtimonio beati* Dionyſii, Pauli *quondam diſcipuli, & cæteris apoſtolis cõtemporanei, quàm ſanctorum doctorum qui iam à mille ducẽtis annis, aut circiter, floruerunt pſalmorum, aliarumq́ue rerum ſacrarum è ſcripturis ſanctis exceptarum, funebres, cantus ab accerſitis ſacerdotibus, eccleſiaſticíſve ordinibus aliis apud Chriſtianos in vſu fuiſſe.* Secundum *quod honorifica* Chriſtianorum *admittit ſepultura, eſt accen-* Luminarium acceſorum vſus ĩ ſepulturis.

ſorum

ſorum luminariũ impenſio: quam licet nõnulli pauperum ſubleuationem prætexẽtes: & vanam, ſuperſtitioſamque rerũ earum inſumptionẽ aſſerentes incuſent: tamen eo iam tempore quo potiſſimum ſanctiſſimis, ſacrarumque literarũ doctiſſimis floruit eccleſia, eũ vſum habuit: quem eruditiſſimi ac Chriſtianiſſimi *quique patres illius ætatis magnifecerũt.* Huic *fidẽ faciũt quæ* Gregorius Nãzian. *oratione illa 2. in* Iulianũ *de* Cõſtantij *imperatoris ſepultura ſcripſit, vt memorauimus, vbi dicit in huius funere accẽſa fuiſſe luminaria: quibus ipſe cũ cæteris* Chriſtianis *cẽſebat piũ chriſticolæ trãſitum honorari.*

Sic Damaſcenus *(vt ſuprà) in hiſtoria* Barlaam, *narrat vt* Barrachia *rege cum comitatu non modico deferente corpora illa ſancta, populus copioſiſſimus obuiam prodiit cum hymnis & canticis, ac lampadibus & cereis ardentibus.* Hieronymus *pariter in epitaphio* Paulæ *(vt*

priùs

priùs videre eſt) meminit lampadarum cereorúmque quos pontifices corpus ſepeliendum præcedentes, in funere præferebãt. Chryſoſtomus quoque in illa homilia ſeptuageſima ad populum Antio*chenum, culpatis quibuſdam ineptiis quæ ab* Antio*chenis in funeribus fiebant, memorans pias celebréſque ceremonias quas verè Chriſtianus ritus habebat in vſu, cur ibi ardentes lampadas, vel alia quæuis accenſa luminaria, Chriſtianus ritus admittat, quærens, reſponſionem hanc mox ſubdit per interrogationem:* Nón*ne eos tanquam athletas comitamur? perinde ac ſi dicat:* T*ametſi animæ quarum corpora ſepelienda luminaribus accenſis comitamur, forſan mox ad beatitudinem conuolarint, & ita pœnæ nullius debitrices noſtris non egeant ſuffragiis: corpora tamen (quibus vt organis ad pias operationes, per quas debellatis hoſtibus triumphum aſſequutæ ſunt) his*

Luminarium acceſorum cur ritus in funere ſecundũ Chryſoſto.

his proſequimur honoribus. Porrò *in vniuerſa quocunque diſtendatur eccleſia, ritum hunc inoleuiſſe, tam ſcriptæ quàm ab annis plurimis depictæ hiſtoriæ teſtãtur. Quocirca quum illo tam ſanctorum, diuinaque ſciẽtia cumulatorum doctorum ac patrum tempore, nempe* Gregorij Nanzianzeni, Chryſoſtomi, Damaſceni, Hieronymi, *quo nimirum euangelica* Chriſtianáque *tam doctrinæ quàm morum* veritas *fulgebat: & martyrum ſanguis adhuc feruebat aut ſaltem tepebat, mos is inualuerit, & à ſanctis illis patribus celebratus fuerit, imò & à* Chriſtianis *vbilibet poſtmodum obſeruatus, eum contemnere, ſuperſtitioſum* vanumque *prædicare, neque euangelicum, neque ſatis* Chriſtianum *ſonat hominem : vtpote qui ſenſum ſuum antiquiſſimorum illorũ patrum in ſacrarum ſcripturarum lectione quàm exercitatiſſimorum ſententiis, & eccleſiæ catholicæ cõſuetudini iam ante mille du-*

centos

centos annos obſeruatè præfert, quum tamen Paulus prioris ad Corinthios vndecimo capite, pro ratione poſtremáque confirmatione ſuæ ſuaſionis de mulieribus in ſacro velandis, eccleſiæ conſuetudinem citet: & Tertullianus libro de corona militis doceat eccleſiæ catholicæ conſuetudinem, vim legis habere: & Gregorius Nanzianzenus libro ſecundo de theologia, dicat conſuetudinem tempore roboratam pro lege habendam. Proinde commonet Athanaſius ita ſermone quem in eos qui obdormierunt conſcripſit, citaturque in ſermone illo, de iis qui in fide deceſſerunt, qui & Damaſceno aſcribitur, ſiue ſit eius, ſiue cuiuſuis alterius ſancti patris. Si quis diem obierit, licet in aërem deponatur inhumatus, ne omiſeris oleum & ceram (inuocato Chriſto Deo) ad ſepulchrum accendere. Accepta enim Deo ſunt: plurimamque ſecum referunt retributionem.

Luminaria accẽſa in funere qd ſignificent, & cur fiãt.

Si quid conferant luminaria eiuſmodi, quibus ſecundum Chryſoſt. (vt prædocuimus) & alios, pium chriſtiani trãſitum honoramus, rogarit quiſpiam: huic reſpõdemus, nos iis latriæ cultũ Chriſto præſtare, dum per hæc Chriſtũ verum eſſe Deũ, nos credere: et eum cuius corpus defertur aut humatur, aut iã ſepulti peraguntur exequiæ, crediđiſſe profitemur. Et *ita quẽadmodum cætera bona opera agẽtibus prodeſſe queunt ad gratiã & gloriã: defunctis verò, quibus applicantur, ad ſatisfactionem ſi egeant: ſic tædarum, cereorum, ac cæterorum luminarium oblatorum accẽſorumq; in fidei diuinitatiſque Chriſti proteſtationem, credere debemus, faciẽtibus quidem ad gratiæ gloriæq́; cõſequutionem (modo ex charitate dei promanẽt, vt eſt de cæteris operibus bonis) cõducere: defunctis verò, ad ſatisfactionẽ dũ ea egent.* Cui *teſtimonium perhibet* Damaſcenus, *aut cuius* eſt *ille ſermo de iis qui*

Luminariũ in funere qs fructus.

in fide deceſſerunt. ait enim. Oleum & cera, holocauſtum eſt: incruentæ autem hoſtiæ (id eſt, euchariſtiæ) oblatio, propitiatio eſt: quod verò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis augmẽtum. Itaq; pro defuncto oblaturus, eundem ſeruat ſcopum, quem qui pro paruo filio adhuc imbecillo & infante. Interim enim dũ puer ægrotat, affert ceram, oleum, & thymiama in tẽplum domini magna fide, & accendit pueri noĩe. Neq; enim puer hoc faceret vel poſſet, quũ ignoret diuinæ regeneratiõis cõſtitutiones. Sic cogitet eum q̃ in domino mortẽ obiit, & poſſe & afferre cerã, oleũ & cætera quæ in redemptionẽ offerri ſolẽt. Quod ſi hac fide obtulerit, eius gratia nõ vndiquaque diuina gratia priuabitur. Apoſtoli enim dei prædicatores & magiſtri ſacrificiorũ curatores, aliiq́; patres ſacro afflati numine, & participes virtutis animũ excedere faciẽtis ſecũdũ ꝙ fas erat & acceptũ deo,

diuino ore annũciauerunt, operationes ſacras, & preces, & pſal. anniuerſariasque defunctorũ memorias, & quæcũq; in hodiernũ vſq; diẽ gratia benigniſſimi dei augẽtur ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, & à ſeptentrione, & meridie in gloriã & laudẽ dei. hæc ibi. Perpende vt antiquus ille *doctor, ſiue* Damaſce. *ſiue* Græcus *quiuis alius ſit, in eo ſermone, quẽ* Latinitate *nobis donauit* Oecolampadius, *teſtetur oleũ* & *cerã quæ in luminaribus adhibẽtur in exequiis funeralibus defunctorũ, eſſe holocauſtũ, quod eſſe ſacrificij ſpeciẽ nullus ignorat, qui vel ſacras legit ſcripturas, vel theologicã doctrinã à limine ſalutauit:* & *adducto exẽplo ſcitè docet, ꝙ licet defunctus ipſe pro ſe nequeat tũc offerre, ad eũ tamen ſubleuãdũ ſi ægrotat, videlicet patiẽs in purgatorio, à* Deo *acceptantur.* Id *quoque ab apoſtolorũ traditione manaſſe, & per vniuerſum orbem à chriſtianis obſeruari teſtatur.* Quamobrem, *ritũ hũc*

aſpernari damnaréve, periculoſum eſt admodum. Tertium quod ab iam extructis per orbem ſub euangelica lege templis, ad honorificam pij Chriſtiani ſepulturam obſeruatum eſſe dignoſcitur, eſt defuncti corpus vel in tẽplo, vel in cimiterio (vt vocant) ſepeliri: non autem in quouis etiam prophano loco. Doceo. Dionyſius libro eccleſ. hierar. cap. 7. refert vt oratione fuſa, cæteríſque peractis in funeralibus exequiis (quẽadmodũ prius ſcripſi) ſacerdos in loco honeſto ponit corpus cum æqualibus aliis corporibus ſanctis. Quo patet ſanctorũ chriſtianorũ corpora iam tũc in eodem loco reponi ſolitũ fuiſſe. Ambroſius lib. 1. de patriarcha Abraham, cap. 9. memorans vt ad ſepeliendũ vxoris defunctæ corpus, locum emit Abrahã, dicit. Feſtimauit pro loco ſepulchri preciũ ſoluere, quum gratis ei daretur: vt nõ in alienis locis, ſed noſtris potius ædificemus tumulos parentum vel proximorũ. Hoc autem

Sepeliri in tẽplo vel in cimiterio antiquus mos eccleſiæ.

ideo Abrahã fecit, quia nõdum erãt eiuſmodi tẽpla, ĩ quibus fideliũ in domino reliquiæ cõderẽtur. hæc ille. Quũ ergo dicat ideo Abrahã ĩ empto agro vxoris corpus ſepeliiſſe, quia nõdum erant templa dei, in quibus fidelium reliquiæ conderentur, aptiſſimè docet ſuo tẽpore, quo iã erãt dei tẽpla, fidelium reliquias, ſeu corpora in templis aut ſacris locis recõdi cõſuetũ fuiſſe. Alias *enim fruſtra rationalem ſuperinduxiſſet.* Grego.Nãzian.*oratione* 2.*in* Iu*lianum, vt ſuperius, refert poſt celeberrimas exequias* Conſtantij *corpus in ſepulchro, quod in tẽplo apoſtolorũ extructum erat, poſitum fuiſſe.* Apud Oecumenium *in tractatulo duodecim apoſtolorũ nominum: quẽ quis ſcripſit (vt illic patet) anno domini trecenteſimo nonageſimo nono: de beato* Marco *euangeliſta dicitur quòd* Alexandri*æ ſit ſepultus in* Bucolis *cum* I*ctare qui primus in* Licia *martyr fuit: quam* Alexãder *tranſtulit: poſuitque vbi*

omnes

omnes poſiti ſunt epiſcopi. quod eſt nobis argumento à mille ducentis annis ritum eum eſſe ſeruatum, vt non paſſim & vbiq; ſepelirentur epiſcopi: ſed in ſtatuto peculiarique loco. Damaſcenus *in hiſtoria* Barlaam *&* Ioſaphat, *narrat vt rex* Barrachias *cum populo ſuo, ipſorum ſanctorum corpora ab eremo tranſlata, & ſolennibus exequiis honorata, depoſuit in templo quod* Ioſaphat *erexerat.* Hierony. *in citato* Paulæ *epitaphio ſcribit ipſius corpus, poſt perquã honorificas exequias, in templo ſeu ſpecu templi dominicæ natiuitatis eſſe cõditum.* Chryſoſt. to. 5. *homilia ſexageſima ſexta ad populum* Antiochenum, *dicit.* Conſtantini *magni filium pro magno honore cenſuiſſe haberi, ſi patris defuncti, nempe* Cõſtãtini *magni, corpus pro foribus ſeu iuxta fores piſcatoris (apoſtoli nempe: quia ibi agit de ſepulchris & templis apoſtolorum) collocaret: & quod in regiis ianitores*

ſunt regibus,hoc reges piſcatoribus ſunt in monimento: & illi(nempe apoſtoli) qui prius erãt piſcatores,vt domini,tenẽt loca interiora:hi(nẽpe reges)tanquã inquilini et vicini,aulæ ianuã ſibi gratũ habuere deputari.En vt imperatoris corpus maximè honorari viſum eſt,ex adeptione ſepulchri prope fores apoſtolici tẽpli: & ita iam tũc nõ habebatur indifferens vbiuis ſepeliri:ſed & vtilitati & honori cedere iudicabatur,in templis aut iuxta,aut ſtatutis & conſecratis ad id locis ſepeliri.

A*uguſt.to.4. lib. de cura pro mortuis agẽda,cap.4. docẽs quid cõferat in tẽplo ſepeliri magis quã alibi,dicit.* Prouiſus *ſepeliẽdis corporibus apud memoriã ſanctorũ locus,bonæ affectionis humanæ erga funera ſuorũ: quoniã ſi nõnulla religio eſt,vt ſepeliãtur,nõ poteſt nulla eſſe,quãdo vbi ſepeliãtur,attenditur.Sed dũ talia viuorũ ſolatia reqruntur,quibus eorũ pius in ſuos animus appareat , non video quæ*

ſint

ſint adiumenta mortuorum,niſi ad hoc vt dum recolunt,vbi poſita ſunt eorum corpora quos diligunt,eiſdem ſanctis illos tanquàm patronis ſuſceptos apud dominum iuuandos orando cõmendent. Ob id enim memoriæ vel monimenta dicuntur, quæ insignita fiunt ſepulchra mortuorum, quia eos qui viuentium oculis morte ſunt ſubtracti,ne obliuione etiam cordibus ſubtrahantur,in memoriam reuocant,& admonendo faciũt cogitari.hæc ille. En poſtquàm dixerat Auguſtinus,ſanctum et laudatum tam ex veteri teſtamento quam ex euangelio,defunctorum corpora ſepelire, ſubdit quod ſi qua religio eſt (quam eſſe iam aſſeuerarat)non poteſt eſſe nulla,ſeu neceſſario eſt aliqua religio attendere vbi ſepeliantur.Et id maxime ex parte eorum qui ſic fieri ſepulturam curant. Si enim moriturus,ſuum corpus in ſacro poſt piã vereq́ue chriſtianam vitam peractam humari poſcit,pium eſt:vtq; de piis aliis operibus

Sepulchra vel monimenta quare fiant,& quid iuuent.

ribus

ribus mercedem accipiet, ita de illa pia vo luntate qua vult ibi ſepeliri, præmium eſt ſuſcepturus, modo affuerint cætera ad me rendum neceſſaria. Si verò defuncti ſancti hominis corpori id non poſtulatum ab eo, præſtetur ab amicis, pium quoque cenſendum eſt & religioſum, & bonis operibus eſt annumerandum: Quid autem animam iuuet defuncti, quod corpus quod informauit, in templo vel alio ſtatuto loco, vtpote in cimiterio, ſepeliatur, ſi quæſieris, attende Auguſtinum docentem vt id ſaltem indirectè iuuet: quia videlicet mentes videntium excitet ad Deum & ſanctos peculiariter, quorum ſunt templa, rogandos pro defunctis ipſis, vtq́; ſingulariter pro iis apud Deum patrocinentur ſancti, quorum in templis ſunt ſepulti. Gregorius papa, lib. 4. dialogorum capite quinquageſimo his ita concinit. Dum grauia peccata non deprimunt, hoc prodeſt mortuis, ſi in eccleſia ſepeliantur, quod eorum proximi

quoties

quoties ad ea loca ſacra conueniunt, ſuorum quorum ſepulchra reſpiciunt, recordentur. Iſidorus Hiſpalenſis *æthymologiarum lib.15.capite vndecimo, iis ſubſcribit ita.* Monimentum *ideò nuncupatur, eo quo mentem moueat ad defuncti memoriam: quum enim non videris monimentũ, obliuiſceris mortuum ſecundum id.* Excidi *tanquam mortuus à corde: quum autẽ videris, mouet mentem & ad memoriam te reducit, vt mortuum recorderis. hæc ille.*

Item *ſtatutum locum ſibi in ſepulturam deligere, nec ſuperſtitioſum, nec vanũ eſt. Siquidem ſi ſuperſtitioſum aut vanum eſſet in certo loco, magis quam in quouis alio ſepulturam ſibi deligere, patriarcha* Iacob *afflatus ſpiritu ſancto non adiuraſſet filium ſuum* Ioſeph *vt non ſepeliretur in* Aegypto, *ſed vt reconderetur in ſepulchro maiorum ſuorum,* Geneſis *quadrageſimo ſeptimo cap.* Nec *ſingulis benedictionibus, in prophetiæ ſpiritu, ſingulis filiis*

Eligere ſtatutum locum in ſepulturam non eſt vanum.

collatis

collatis, iis mandatum dediſſet Geneſis 49. cap. Sepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici vbi ſepultus eſt Abrahã & Sara vxor eius, Iſaac cum Rebecca *v-xore eius, vbi &* Lia. Porrò nec Ioſeph *ipſe patriarcha, Geneſ. quinquageſimo cap. fratres adiuraſſet & poſteros, vt* Ae*gyptum egredientes, in terram promißionis ſua ſecum aſportarent oſſa. Si enim ſuperſtitioſa vanáve forent hæc, ea tam ſtudioſe mandantibus ſpiritus ſanctus non aſtitiſſet: neq; mandatum ipſum obire, ſedulitate tanta patriarchæ ſancti curaſſẽt, vt* Ioſeph *interceßione maiorum* Aegypti *facultatem à rege* Pharaone *conſequutus iiſdem maioribus ipſe & fratres eius comitati, tanto apparatu, mortui* Iacob *corpus in poſtulatum locum deferrent: nec iã arida* Ioſeph*, imo & cæterorum patriarcharum oſſa* Aegypto *egreßi, ſecum in* Si*chem aſportaſſent, vt factum eſſe docuit beatus* Stephanus *quemadmodũ legimus*

actuum

aЀuum ſeptimo cap. Si beati Chryſoſtomi, homilia ſexageſima ſexta in Geneſim, & quorundam aliorum ſanЀorum patrũ ſententia nobis obiiciatur, qua ſentiunt ob id in ſepulturam corpus ſuum illuc deferri Iacob mandaſſe, vt liberis, poſteriſque ſuis, eam ſecundum diuinũ promiſſum terram tradendam intelligere: eoſq; tandem introducẽdos illuc, prophetico ſpiritu cerneret ſubindicaret: Vel ſecundum quoſdã, quia diuino afflatus ſpiritu, redemptionis humanæ myſterium illic complendum præuidebat. At tamen rem magno ſtudio dignam non eſſe, vt ab aliena terra in ſuã patriam mortuorum reliquiæ reducerentur: & merito quis reprehenderit eũ cui talia curæ ſunt: hæ Chryſoſtomi cæterorũque ſententiæ, noſtram non infirmant, neque ei aduerſantur ſi mentem, autorem, et intẽtionẽ accuratius expẽdamus. Siquidẽ prophetica viſio, eiuſq; ad poſteros declaratio, ſanЀũ patriarchã ad rẽ ſuperſtitio-

ſam

ſam aut vanã iubendã perpellere nõ potuit. Si verò quia redemptorẽ in ea terra verſaturũ, & diuina myſteria noſſet expleturũ: eadẽ ratione bonũ & piũ fuerit ſepulturã deligere in locis, vbi diuina myſteria quotidie peragũtur, vbi quoq; preces crebræ fundũtur, & animæ, quarũ ibi corpora quieſcunt, deo ſingulariter cõmendantur: vbi pariter ſctõrum reliquiæ iacẽt, eorũ quoq; merita ꝑ poſtulatorũ beneficiorũ aſſequutionem ſentiuntur. His *adſtipulatur* Auguſtinus *tomo* 4. *lib. de cura pro mortuis agenda, cap. primo, dicẽs ad* Paulinũ *epiſcopũ. Scripſiſti per homines filiæ noſtræ religioſiſſimè* Floræ, *quærẽs vtrum proſit cuiquã poſt mortem, vt corpus eius apud alicuius ſancti memoriã ſepeliatur.* Hæc *ſcripſiſti ad me interim, non tacens quid ipſe ſentias.* Nã *dicis videri tibi non eſſe inanes motus aĩorũ religioſorũ, atque fideliũ pro ſuis iſta curantium.* Adiungis *etiã vacare nõ poſſe, quod vniuerſa pro defunctis*

functis eccleſia ſupplicare cõſueuit, vt hĩc & illud cõiici poßit hoĩ prodeſſe poſt mortẽ, ſi fide ſuorũ humando eius corpori talis prouideatur locus in quo appareat opitulatio etiã iſto modo quæſita ſãctorũ. Sed hæc quũ ita ſint, quomodo huic opinioni cõtrariũ nõ ſit, quod dicit apoſtolus poſterioris ad Corinth. *ca.*5.*Oẽs aſtabimus ante tribunal* Chriſti, *vt ferat vnuſquiſq; ſecundũ ea quæ per corpus geßit, non te ſatis videre, ſignificas.* Hæc *quidẽ apoſtolica ſentẽtia ante mortẽ admonet fieri quod poßit prodeſſe poſt mortẽ: nõ tũc quãdo recipiẽdũ eſt, quod quiſq; geßit ante mortẽ.* Verũ *hæc ita ſoluitur quæſtio.* Quoniam *quodã vitæ genere acquiritur dũ in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos: ac per hoc ſecundũ ea quæ per corpus geſſerunt, eis quæ poſt corpus (ſeu poſt mortẽ) religioſẽ ꝑ eis facta fuerĩt, adiuuẽtur: hæc ille.* Expendas, *obſecro, vt ita rẽ ſe habere poſt* P*aulinũ epiſcopũ, nempe*

nec

nec inanes, nec vanos eſſe motus animorũ fidelium pro ſuis curantium, vt defunctorum corpora apud ſancti cuiuſquàm memoriam, vel alium ſacrum locum recõdantur. Et *ſi non ſunt inanes ii motus animi, ergo nec exteriores actus ab ipſis motibus piis imperati, nempe, in eiuſmodi baſilicis et ſacris locis ſepelire, aut ſepeliri curare, & ita parare ad ſic ſepeliendum neceſſaria.* R*urſus eodem lib. capite quarto, idem* A*uguſtinus ait.* P*rouiſus ſepeliendis corporibus apud memoriam ſanctorum locus eſt bonæ affectionis humanæ erga funera ſuorum, & cætera vt ſupra: quibus apertè docet quandam eſſe pietatem ac religiõnem attendere vbi fidelium verè chriſtianorum corpora ſepeliantur.*

V*ult itaque* C*hryſoſtomus in obiecta ſententia (vt homiliã eam expendenti clarum eſt) depellendam eſſe mentis abiectionem, qua ne in alienã terra pro tuenda veritate morientes, aut aliis piis operibus*

intendentes

intendentes, à patriis ſepulchris, honorificáve ſepultura prohibeantur: proindeq́; ſe miſeros fore, et ita magis à virilibus et ſtrennuis operibus pro fide gerendis, & ab inſignibus aliis actionibus ceſſandum, quàm patrio ſepulchro, vel honorifica ſepultura priuari velle, putet. Quos his taxat ibi. Ne dicat quis miſerum, in alieno ſolo vitam finientem: neq; eum qui in ſolitudine ex hac vita decedit. Non enim ille (ob id videlicet) miſer vt dicatur, dignus eſt: ſed qui in peccatis mortuus eſt, etiam ſi ſuper lectum, etiam ſi præſentibus amicis omnibus ſpiritũ exhalet. Et ne illa inſipiẽtiæ pleniſſima verb adicat quis, ꝙ ille cane vilius mortuus eſt nullo familiariũ præſente: neq; ſepulturæ & funus ei cõtigerunt, ſed collectitia ſtipe iuſta facta ſunt. Non eſt hoc, ô homo, cane ignominioſius eſſe mortuũ. Quid enim damni ſenſit ille? Nã ꝙ hoc nõ offendat iuſtũ virtute prædi tũ, diſce: quia plæriq; iuſtorũ (ꝓphetas di

co & apoſtolos) vbi ſiti ſint, paucis exceptis, ignoramus. Et *alii quidem capite trũcati ſunt, alii lapidati, variiſq; ſeſe pœnis expoſuerunt propter pietatem: & nullus audet de iis dicere, quod ignominioſa ſit eorum mors: ſed ſequetur ſcripturã dicentem.* Pr*æcioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius.* Nũ Ioãnes Baptiſta *decollatus eſt, &* Stephanus *lapidatus?* Nũ Petrus *modo cõtrario quàm dominus crucifixus, &* Paulus *cap. trũcatus? &c.* H*æc cogitantes oĩa, neq; eos qui in aliena terra moriuntur miſeros dicamus: neq; domi ſuæ moriẽtes beatos prædicemus.* Ideò *oportet hæc cogitantes habere curã virtutũ.* V*ide igitur vt eo reducat, nẽpe, ſic curã virtutũ amplexandã, vt ſi vel ꝓpter* Chriſtũ, *eiuſq; fidẽ ſtrẽnue tuẽdã, honorifica ſepultura, patrioq; ſepulchro carendum foret: aut propter honorificam ſepulturam, patriumq; ſepulchrum, ab inſignibus & chriſtianiſſimis geſtis, aut piis operibus ceſſandum eſſet: tam honorificam ſepultu*

ram quàm patrium ſepulchrum, imò quã quantumuis humilem ſepulturam, contemnere, nihiliq; facere par eſſet. Atqui ſi fortia Chriſti fideiq; opera: & aliæ ſanctiores non omittantur actiones, honorificè ſepelire ſepelirive, in patriis peculiaribusq; recondi ſepulchris, aut locis deligere, nec vanum eſt, nec ſuperſtitioſum. Auguſtinũ velim expendamus lib. de cura pro mortuis agenda, cap. 2. dicentem. lib. 1. de ciuitate, ſatis ſum loquutus vt eorum dentẽ retunderem, qui Barbaricã vaſtitatem, præcipuè quam Roma perpeſſa eſt, chriſtianis temporibus imputando id obiiciunt, quod ſuis Chriſtus non ſubuenerit illic. Quibus quum reſponſum fuerit animas fidelium pro fidei ſuæ meritis ab illo fuiſſe ſuſceptas, inſultant de cadaueribus inſepultis. At (inquam) in tanta ſtrage cadauerum, nec ſepeliri potuerunt. Neque iſtud pia fides reformidat, ſciens abſumentes beſtias reſurrecturis corpori

bus non obſuturas, quorum capillus capitis non peribit. ſequitur: Multa corpora *chriſtianorum terra nõ texit: ſed nullũ eorum quiſquã à cœlo & à terra ſeparauit, quã totã implet ſui præſẽtia, qui nouit vnde reſuſcitet ꝙ creauit*. Dicitur, *pſal*. 78. Poſuerũt *mortalia ſeruorũ tuorũ eſcas volatilibus cœli. ſed magis ad exaggerendã crudelitatẽ eorũ qui iſta fecerũt, nõ ad eorũ, qui iſta perpeſſi ſunt, ĩfœlicitatẽ. Quãuis enĩ in cõſpectu hoĩm hæc dira videãtur & dura, ſed precioſa in conſpectu domini mors ſctõrum eius.* Sequitur *cap*. 3. Sed *ſi ea quæ ſuſtentandis corporibus ſunt neceſſaria ſicut* victus & *amictus, quãuis cum graui afflictione deſint, non frangunt in bonis perferendi tolerãdiq́; virtutem: nec eradicant ex animo pietatem, ſed excitatam faciunt fœcundiorem: quantò magis quum ea deſunt quæ curandis funeribus condendiſq; corporibus defunctorum adhiberi ſolent, nõ efficiunt miſeros in occultis piorum ſedibus iam quietos?* Ac *per*

Sepulturæ carentia, iam beatis nõ nocet.

hoc quando iſta cadaueribus chriſtianorum in illa magnæ vrbis vel aliorum oppidorum vaſtatione defuerunt, nec viuorum culpa eſt, qui non potuerunt iſta præbere: nec mortuorum pœna, qui non potuerunt iſta ſentire. hæc ille. Quibus apertiſſimè docet propter ſepulturæ priuationē fortia geſta, piaſq́; actiones prætermitti non debere. Et *vt cibi veſtituſq́; neceſsitas, vbi nequit haberi, æquo fortiq́; animo ferenda eſt: ſic et ſepulturæ carentia, dū qui piè ſanctèq́; vixerunt ab ea prohibentur.* Tuncq́; *nec mortuis damno directè cedit: nec eorum amicis culpæ, quibus id peragere per facultatem non licuit. Vbi nimirum ſubinnuit, quod dum ſuperſtitibus licet defunctorum corpora ſepelire, decentibusq́; exequiis proſequi, prorſus ea non eſſe omittenda.* Porrò *quum à mille, à nōgentis, octingentis, & paucioribus annis tam ſcriptæ hiſtoriæ, quàm in templis & ſacratis ad id locis piorum illuſtrium, ac*

inſignium chriſtianorum corpora ſepulta fuiſſe, ſepulchra tumulique teſtentur: & hunc ritum ſuperioribus vetuſtiſsimorũ ſapientiſsimorumq; patrum teſtimoniis, etiã eo tempore quo potiſsimum eccleſia tã moribus quàm doctrina clarebat, ab vniuerſa eccleſia ſeruatum docuimus, cur quidã ſibi ſapientes, re vera minus iuſto ſapientes: alii Deum *ſpiritalia tantum exigere, & ingratum cinerem ſeu corpus iis non egere, nec ſpiritum vſquam iis iuuari proclamantes, poſtergato tam antiquo eccleſiæ catholicæ ritu, tam ſanctorum virorũ neglecta doctrina, inſano ſuo cerebro nouam excogitantes opinionem, fideliũ corpora velut fimum abiicienda, à ſuperſtitibusq; deſpicienda prædicant?* H*oc nimirũ eſt quod* P*aulus ꝓphetico actus ſpiritu poſterioris ad* T*imotheum, ca.3. prænunciauit ſic.* I*n nouiſsimis temporibus inſtabunt tempora periculoſa.* E*runt homines ſeipſos amantes, elati, ſuperbi, blaſphemi: ſpeciem quidem pietatis habentes, virtu-*

tem autem eius abnegantes. Hi *ſiquidem vt* Latini, *Græci,* Hebraicive *ſermonis, vel aliquantulam peritiam aſſequuti ſunt: & ſuaſiuncula vel ratiuncula eorum mentem peruaſerit, mox ex ea quod ſenſus ſuppeditat colligentes, huic tanquam* Apollinis *oraculo credunt inhærendum, non libratis aliis, imò poſtergatis longè grauioribus & firmioribus (quas pii doctiq; chriſtiani aut fecerunt, aut facere poſſent) rationibus.* Hiq; *pietatẽ prætexentes, à pietate prorſũ alieni, eã euertere moliũtur & cõtendunt, quũ opinionis ſuæ cenſuram, piis eccleſiæ, patrũq; tã vetuſtiorũ quã recentiorũ ſententiis & obſeruationibus anteponant.* Deniq; *ſepulchrorũ etiã temperatas ſtructuras, pauperũ ſubleuationẽ prætexentes, dãnant, culpantq; quàm maxime, non attendentes ſanctorum patriarcharũ ſub lege naturæ: ſctõrũ regũ, ꝓphetarũ, ducũ, inſigniúmve hoĩm aliorũ ſub lege ſcripta: apoſtolorũ, martyrũ cæterorũq; ſanctorũ, imò ipſius domini ſub euãgelica*

lege ſepulchra, vel ex ſacris, vel reliquorum doctorum ſcriptis celebrari. At verò quaſi quod ſemel culpandum damnãdúmve cenſuerint, licet à ſacris aliiſq; ſcripturis cõmendetur, ſit tamen culpandũ. Quid hac, quæſo, mente, vel ſuperbius, vel inſanius, vel à vera pietate diſtantius? Spectẽt iuxta Cariatharbe *inſignium patriarcharum ſepulchra in ſpelunca duplici, nempe* Abrahæ, *vt dicitur* Gene. 25. *ca. Saræ vxoris eius*, Gene. 23. *cap.* Iſaac & Rebeccæ *vxoris eius*, Gene. 49. Iacob, Gen. 50. *et* Liæ *vxoris eius*, Gene. 49. *et* Adæ *primi parẽtis, vt dicitur* Ioſuæ *cap.* 14. *quod ibi ſit ſepultus magnus* Adam. *De quibus ſepulchris, de quóve (ſi vnicũ fuerit omniũ eorũ) dicitur*, Gene. *cap.* 47. ꝙ Iacob *mortis ſuæ præſcius filio ſuo* Ioſeph *dixerit:* Nõ *ſepelias me in* Aegypto, *ſed cõdas me in ſepulchro maiorum meorum. Quod nimirũ &* Ioſeph *impleuiſſe legitur*, Gene. 50. *cap. Conſtat autem ſpeluncam illã duplicem non fuiſſe ſimplex antrum, ſed ar-*

tificio quodam eſſe cõditam,vt nũc quoque coniicere licet iis qui vident. Sepulchrũ autem Rachelis memoratur, Gene. 35.cap.ſic. Mortua eſt Rachel: *& ſepulta eſt in via q̃ ducit* Ephratã:*erexitq́ue* Iacob *titulum ſuper ſepulchrũ eius.* Hic *eſt titulus monimẽti* Rachel *vſque in præſentem diem.* Vbi Liranus *dicit titulum,id eſt,memoriale in futurum erectum eſſe,quo nũc patet ſanctos patres ab antiquo fuiſſe diligentes de notabili ſepultura,vt ſic mortui nõ exciderent à viuorum memoria,ſed pro illis eorum memores, orarent.hæc ille.* Hieronymus *quoq; in epitaphio* Paulæ *docet illud adhuc ſuperfuiſſe ſuis tẽporibus,dum enarrans ſanctã* Paulæ *peregrinationẽ,dicit:* Perrexit *ad* Bethleem: *& in dextra parte itineris ſtetit ad ſepulchrum* Rachel. Ioſeph *quoque narrantur oſſa ab* Iſraelitis *ex* Aegypto *delata, & tandẽ cõdita iuxta* Sichem, Ioſuæ 14.*cap. quæ cæterorumq́ue patriarcharum fratrum eius,beatus* Stephanus Act. 7. *me-* Duodecim patriarchæ in Sichẽ ſepulti.

moratur expreſſiſſe trãſlata in Sichẽ: non autem ipſius Iacob cuius corpus refertur cõditum in ſpelũca duplici, iuxta Hebron *quæ lõgiſſimè diſtat à* Sichen. In *quem lo cum* Actuũ Beda *dicit.* De Ioſeph *quidem ſolo refert ſcriptura, quòd eius oſſa de* Aegypto *ſint trãſlata & in* Sichen *tumulata.* At *ex iis verbis, &* Hieronymi *ſcriptis, qui locorũ illorũ incola fuit, animaduertendũ eſt, cæteros quoque patriarchas ibidem eſſe ſepultos, quãuis* Ioſeph *memoria celebrior habeatur, ex eo quo rogarat illa oſſa deferri.* Hierony. *autem epitaphio* Paulæ *ſæpius citato, memorãs vt illa ſingula terræ ſanctæ loca fidei ſtudio perluſtraſſet, dicit.* Trãſiuit Sichen: *& ex latere mõtis* Garizim *extructã circa puteũ* Iacob *intrauit eccleſiã, ſuper quo reſi dẽs dominus, ſitiẽsq; et eſuriẽs,* Samaritanæ *fide ſatiatus eſt.* Atq; *inde diuertẽs, vi dit 12. patriarcha. ſepulchra, &* Sebaſtẽ. Ibi *ſiti ſunt* Hæliſeus *&* Abdias *ꝓphetæ, &* Ioã. *baptiſta: vbi multis ĩtremuit, cõſter*

nata mirabilib. &c. Itẽ Ioſuæ *c.* 24. Ioſuæ & Eleazar *ſacerdos narrãtur ſepulti in mõte* Ephraïn, *hic ĩ Gabaath, ille ĩ Thaunathſare, quorũ ſepulchra* Paulã *etiã vidiſſe ibidẽ recẽſet* Hieron. *demũ & ĩgreſſam* Lazari, Mariæ Marthæq; *ſepulchrũ. Cætera, breuitati ſtudẽs, prætereo, tãtũ id accuratius expẽdẽdũ ꝑferẽs: vt illo fœliciſſimo* Hierony. *tẽpore adhuc pſeuerãtia ſãctorũ tã veteris, quã nouæ, naturæ ve legis ſepulchra, piis doctisq; chriſtianis forẽt veneratiõi: nimirũ q̃ poſt tot ſæcula aſſeruarẽtur, & cũ grauibus piculis, laboribus & ſumptibus nõ modicis ĩuiſerẽtur: q̃ neochriſtiani nõ modo non venerãtur, ſed deſpiciũt quoq; ſimul ac dãnãt, et ſi daretur, funditus euerterẽt. Si ſupſtitioſa vanaq; prorſum eßẽt ſepulchra, cur* Chriſt' Dauidis *ſepulchrũ, cuius meminit* Petrus Act. *c.* 2. *cur regũ cæterorũ et pphetarũ, patriarcharũq; nõ docuit cõterẽdas ſepulchrales ſtructuras, aut oĩno ſpernendas?* Mat. 23. *c.* exprobrauit *qdẽ ita.* Væ *vobis ſcribæ et phariſæi hypocritæ q̃ ædificatis*

ſepulchra prophetarum, & ornatis moni mẽta iuſtorum: & dicitis. Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, nõ eſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum. Quibus verbis, vt vult Chryſoſto. *homi.* 75. *in* Matth. *Chriſtus, væ illis nõ dixit, q̃a monimenta illa ædificabant, nec quia patres ſuos accuſabant: ſed quoniã ita dicentes, patres ſuos accuſare audebãt, quum tamẽ ipſi peiora cõmitterent.* Et Origenes *to.* 3 *homi.* 26. *in* Matth. *tractãs eãdem ſententiam* Chriſti: Non *ſatis (inquit) rationabiliter videtur cõminari aduerſus eos q̃ ædificãt ſepulchra prophetarũ, & ornãt monimẽta iuſtorum. Quantũ enim ad hoc ſolũ, laudabile aliquid faciebãt, quòd ſepulchra prophetarum ædificabãt, et ornabãt monimẽta iuſtorũ:* Rei *autem erãt quia rebus ipſis & ſimilitudine facinorũ, teſtimonium ſibi reddebãt eſſe ſe filios eorum, qui occiderunt prophetas, implẽtes mẽſuram patrum ſuorum, & adhuc adiicientes quod fuerat minus, ſupplẽtes in-*

terfectionem prophetarum,& iuſtorum interfectione Chriſti filij Dei. hæc ille. Theophylactus *in eũdem locum:* Miſeros *illos dicit, nõ quia ſepulchra ædificabant prophetarum,hoc enim* Deo *gratũ eſt,ſed quia ita ſimulabãt.Quibus planè docetur* Chriſtum *ſepulchrorum ſtructuras, aut monimẽtorum ſanctorum ornationes nuſquã culpaſſe:imò res eſſe maximè laudabiles & deo gratas,doctores ſancti,*Chri*ſti ſententiã exponẽtes declarãt.*Præter*ea quæ de legibus naturæ ſcripta,& euãgelica produximus teſtimonia, ſi ſanctorum noui teſtamẽti,ex eo tẽpore ad quod vſque progreſſa nõ eſt ſcriptura,quo maximè florebat eccleſia, ſepulchra piorum, inſigniumq; chriſtianorum celebrata fuiſſe declarãtia poſtulas:præter ea quæ iam tam ex* Origene,Hieronymo, Theophy*lactoq; protulimus,alia quoque proferemus.* Apud Oecumenium *in tractatulo vbi duodecim apoſtolorum & quorundã aliorum nomina, & geſta nonnulla ſcri-*

bũtur,de Eunucho Cãdaces *reginæ æthiopũ,qui martyriũ ꝓ* Chriſto *paſſus eſt,dicitur,ꝙ eius ſepulchrũ in illũ vſq; diẽ extaret.*Dies *autẽ(vt ibi patet)erat anno domini* 399. *Euſeb.Cæſarienſis,Eccleſiaſticæ hiſto.lib.*2.*cap.*12.*refert* vt Helenæ Adiabenorum *reginæ(quæ fami occurrẽs prænũciatæ ab* Agabo *propheta* Act. *cap.* 11. *emptum in* Aegypto *frumentum* Hieroſolymis *pauperibus erogauit copioſum)adhuc ſepulchrum nobile pro portis* Hieroſolymorum,*ſuo tẽpore extaret.* Chryſo.*to.*5.*ho.*66.*ad populũ* Antiochenũ,*quæ inſcribitur,de cœleſti regno acquirendo, oſtẽdens* Chriſti *etiã ex his q̃ apparent,excellentiã ſupra* Alexãdrũ *magnũ & cæteros,tandem ait.*Et *quid loquor de* Chriſto,*quum & diſcipulos ſuos poſt quã obierũt fulgere fecerit?*Quid *dico diſcipulos?*Nam *& eorum loca & ſepulchra,ſimul & tempora perenni memoria celebrari curauit.*Tu *mihi ſepulchrum oſtendas* Alexandri,*& profer diem quo obiit.*

*Sed nihil horum inſigne, ſed omnia deſtru-
cta ſunt & exterminata. Chriſti verò ſer-
uorum, & ſepulchra clara ſunt, regiam
aſſequuta ciuitatem. Alexandri quidem
loculum ſui neſciunt: ſeruorum autem
Chriſti, ſciunt & barbari. Seruorũ Chri-
ſti ſepulchra regiis aulis ſunt clariora: nõ
magnitudine, & ædificiorum pulchritudi-
ne: ſed (quod maius eſt) cõuenientium ſeu
cõfluentium ſtudio, ſeu diligẽtia. Nam &
ipſe qui purpurã indutus eſt, accedit illa
cõplexurus ſepulchra: & faſtu depoſito,
ſtat ſanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud
Deũ intercedãt. Sequitur multo regalibus
ſepulchris hæc monimenta ſunt clariora.
Nam illic quidem magna ſolitudo: hic au-
tem, magnus concurſus &c.* En vt apo-
*ſtolorum, martyrum, cæterorúmque ſan-
ctorum ſepulchra (teſte Chryſoſtomo)
Chriſtus curauerit perenni perpetuáque
memoria celebrari, à reliquíſque fideli-
bus, non tantum accolis, ſed & barbaris*

etiam

etiã remotiſsimis nõnunquã inuiſi, coliq́; faceret, adeò quoq; celebria reddebat ea, vt plærunque regias vrbes aſſequerẽtur. Item *nõ modicè cedit eis gloriæ, quòd ſæculi etiã reges depoſito faſtu, cernui ſanctorum exoſculentur & amplexentur ſepulchra: quod nimirum magnæ venerationis eſt indicium.* Iis *igitur quibus guttur eſt patens ſepulchrum, quique linguis ſuis in eccleſiæ catholicæ ritus doloſè agunt, ora ſpurca debeant obſtrui, quum ad ſepulchrorum tẽperatorum oppugnationem, poſt tot tum ex ſacris, tũ ex antiquiſſimorum doctorum ſcriptis teſtimonia, eis nõ ſit relictus locus. Struendorum ſepulchrorum in corpora ſanctorum cauſas à beato* Chryſoſt. *ſuboſtenſas attendãt: qui to. 5. lib. aduerſus* Gentiles, *in quo beati* Babilæ *vitam martyriumq́; deſcripſit, ita ait*: Poterat Babilas *vel exemplo* Enoch *transferri, vel* Heliæ *modo rapi, vt qui vtriuſque æmulator fuit.* At *deus, qua eſt in humanũ genus benignitate, inter alias*

quas ſalutis noſtræ occaſiones dedit, & hãc quoq; viã à ſe munitã eſſe voluit, idoneum ad capeſſẽdam virtutẽ ſtimulum, relictis ſcilicet interim apud nos ſanctorum reliquiis. Nã poſt ſermonis facultatẽ, ipſa certè ſanctorum ſepulchra proximum locum obtinent ad animas hoĩm in ipſos ſanctos intuẽtium, ad virtutum earũdẽ æmulationem excitãdas. ſequitur. Capſulæ *enim aſpectus in animam inuadens, ipſam percellit & exuſcitat, ac perinde afficit, quaſi qui illic mortuus iacet, preces ſimul fundat, præſensq́ue adeſſe cernatur. Quibus docet ſanctorum, vereq́ue chriſtianorum hominum ſepulchra nobis ea cauſa à* Deo *ſeruari, vt ſalutis aſſequendæ, & euangelicæ pietatis amplexãdæ nobis anſam præberent.* At *verò qui ab eccleſiæ gremio ſunt egreſſi, extra quam nõ eſt ſalus, vt extra ſalutem abierunt, ſic & has à ſanctorum vereq́ue chriſtianorum ſepulchris naſcẽtes occaſiones à ſe depellũt &* Sepulchra cur aſſeruẽtur.

abiiciunt, ſanctis inuidentes honorem, cu ius & ipſi ſunt cupidiſsimi. Sepulchrorum nimiã ac ſupra modum excellentem ſumptuoſitatem interim hæc dicentes non probamus: cui quidam ita dãt operam, vt videantur ſentire, etiam neglecto interioris hominis cultu, eo ſe fore beatiores, quo venuſtiores & opulẽtiores aſſequuti fuerint tumulos: pauperumq́ue contẽptores & oſores, in eorum ſubleuationẽ, aut cultui diuino ſacratorum exornationem, ĩn vita tota vix aliquid erogarũt, quì tumulis extruendis, neque pecuniæ copioſè, neque rei alteri parcunt. Hos Chryſo.ho. 84.*in* Ioãnem, *cæteriq́; patres nõ immerito criminãtur:* Licet *is apparatus quouis animo cõpoſitus nõnunquam ad corporalium voluptatũ auerſationem, tẽporalium facultatũ aſpernationẽ, mũdanarum dignitatum neglectionẽ iuuet. Siquidẽ dũ eiuſmodi ſepulchrorum opulentiã ſpectãtes, muneris quo ſuperſtites fungebantur ſublimitatem, facultatum afflutiam, aut*

Sepulchrorũ nimia ſumptuoſitas culpatur.

Sepulchrorũ aſpectus quid iuuet.

deliciarum; quibus vtebantur, fragilitatem, caducitatẽ, & breuitatẽ expẽdimus, nec illa oĩa, nec ſepulchrorum ſumptuoſæ ſtructuræ liberẽt eos aut ſaluẽt: ſed tantũ excipiãt eorũ mercedẽ bonorũ, aut malorũ animaduerſionẽ, quæ geſſerũt ſupſtites, ab illarũ dignitatũ cupidine, facultatũ auidi tate, voluptatũ ꝓſequutione facilius deterremur & abducimur. Nõ *omiſsis debitis eleemoſynis, ſepulchrum ſibi tẽperatis ſumptibus aptare pio* Chriſtiano *licere ſacra docet ſcriptura.* Proinde Gene. 23. *ca.* Abrahã *memoratur emiſſe ſibi, vxori, demũ & poſteritati ſuæ ſpeluncã duplicẽ in poſſeßionem & ius ſepulchri.* Et Gen. 50. *cap. ex verbis* Ioſeph *patriarchæ ad familiã* Pharaonis *apertè cõſtat* Iacob *fodiſſe ſibi ſepulchrũ in terra* Chanaã: *ita vt ſecundũ* Lyrani *declarationẽ, ſibi ſuæq́; vxori ſpeciale habitaculum ad ſepeliendum condiderit ſeu condi iuſſerit: quos quum non arguat, imò celebret ſcriptura, nec*

Sepulchrum ſibi ſtrue re quo modo licet.

eorum imitatores etiã in hoc arguẽdi veniunt. Prætereà ſacrũ Mat. *euang.c.* 27. *memorat* Ioſeph *ab* Arimath.*excidiſſe ſibi ſepulchrum in petra: quẽ* Lucas *ca.*23. *tractãs idem cum* Mat.*exprimit virũ iuſtũ ac bonum, quo innuit ipſum etiã in hoc iuſtè & bene egiſſe, quod ibi de eo refertur. In hoc autem quod ibi de eo refertur, eſt, quod excidit ſibi ſepulchrum.*

Quarta propoſitio.

Mortuorũ corpora vel lauare, vel aromatibus vngere, ſecundũ patriæ morem ab aliis etiam chriſtianis ibi receptum & ſeruatũ, licet defunctis nõ proſit, niſi quatenus ſic lauantes aut vngentes, huic pio officio reſpondentem ſatisfactionem illis applicant, non eſt ſuperſtitioſum nec inutile: imò pium & ſanctum: nec eſt omittendum dum commodè fieri poteſt. ſic de campanarum pulſu.

Mos patriæ in vngẽdis corporibus mortuorum, ſeruãdus eſt.

Proinde Gen.50.*ca. patriarcha* Ioſeph *memoratur præcepiſſe ſeruis ſuis medicis, vt defuncti patris ſui* Iacob *corpus aromatibus condirent. Quod ex more patriæ feciſſe credendus eſt ex eo quod cõtinuo ſequitur. Quibus (videlicet ſeruis) iuſſa explentibus, tranſierunt dies quadragin-*

*ta.Iſte quippe mos erat cadauerum condi toru͂.Si mos erat hic cadaueru͂ cõditorum, ergo hæc fiebãt ex more.*Exinde *cap.eod. dicitur de ipſo* Ioſeph *quòd mortuus, con ditus eſt aromatibus,& ſic vnctus,in loculo repoſitus eſt.* Ioannis *cap.* 19. Io*ſeph &* Nicodemus *memorantur acceptum Chriſti corpus, linteis ligaſſe cum aromatibus,ſeu vnxiſſe(vt exprimit* Ambroſius *lib.decimo cõment.in* Lucam,*cap. cui præſcribitur* De *ſepultura Chriſti)ſicut* Iudæis *mos eſt ſepelire.* Q*ua ſentẽtia ſecundu͂* Auguſt.*tractatu* 120. *in* Ioa͂nem *&* Bedam, *in eundem* Ioannis *locum (vt iam citauimus)docemur in iis officiis quæ mortuis exhibentur,morem cuiuſque gentis eſſe ſeruandum.* Item *Chryſoſt. ho.* 84. *in* Ioannem,*refert Chriſti corpus à* Ioſeph & Nicodemo *lotum fuiſſe,prius quàm vngeretur.* Marcus *quoque capite decimoquarto eua͂gelij ſui,dicit* Chriſtum *laudantem vnctionem à* Maria *ſibi præ-*
 ſtitam

ſtitã ita loquutũ: Sinite illã, bonum opus operata eſt in me. quod habuit (vel ſecundum alios, quod potuit) fecit. Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. En vt *Chriſtus teſtatur eã bonum opus operatam: quod eſt, præueniſſe vngere corpus ſuum in ſepulturam. Si malum foret aut non bonum vngere corpus in ſepulturam, nõ eſſet vſqueadeò laudandum opus, ac bonum in vniuerſo orbe prædicandum illud anticipare. Quod enim in ſe malum eſt, vt vno tempore malum eſt, ſic & in altero: licet quod ſecundũ ſe cõſideratum, bonũ eſt, propter circunſtantiam temporis vitiari poſſit.* Porrò *ſanctum euangelium, eccleſia, ſanctique patres probant & plurimũ cõmendant piam ſanctarum mulierũ affectionem in hac parte, ꝙ, dũ tranſiiſſet ſabbatum, aromata paraſſent, vt venientes vngerẽt* Ieſum. Theophylactus *autem in cap.* 15. Marci, *dicit eas id paraſſe vt ſecundum cõſuetudinem corpus vngerent.* Et *in id* Luc. *cap.* 23. Reuerſæ *parauerunt aro-*

mata & vnguenta,dicit: Mulieres *fidem habebant erga dominum,non tamen qualem oportebat, ſed infirmam & debilem. habebant enim eum pro puro homine:vnde vnguenta portabant iuxta veterem Iudæorum cõſuetudinẽ ſemper obſeruatam de mortuis vngendis.hæc ille.Quibus planè docet euangelium ſecũdum expoſitionem ſanctorũ,eã cõſuetudinem vngendorum corporum apud* Iud*æos, & ita,vbi inoleuit, eſſe probandam.* At *quum apud francos mos is rarus ſit,niſi diu forſan inſepulta reſeruanda eſſent corpora:ſaltem is qui vulgariſſimus eſt,nempe defunctorum corpora lauare priuſquam ſepeliantur,ſeruandus eſt adſtante opportunitate.* Ex C*hryſoſtomo ho.*84*. in* Ioannem *conſtat morẽ eum iã obſeruatũ ante mille ducẽtos annos,imò iã ætate* C*hriſti,dum ibi aſſeuerat* C*hriſti corpus à* Io*ſeph &* Ni*codemo lotum.* Q*uod licet euangelium non exprimat,ex hoc ita ſentit, quoniam* Lauandi corpora defunctorum mos patriæ ſeruandus eſt.

credit eos nihil omiſiſſe eorum quæ præſtare potuerunt ad honorificam eius ſepulturam. Norat eum morẽ tunc obſeruatũ, nihilq́ue obſtitiſſe cur minus lauarẽt: ideo cenſendi ſunt, id non omiſiſſe, & ita lauiſſe. Huic ſententiæ, nempe quòd mos is tẽpore Chriſti & tempore apoſtolorũ inoleuiſſet, ſacra docent. Siquidem Act. cap. 9. dicitur diſcipulã quãdam nomine Thabitã (quæ & Dorcas) apud Ioppen obiiſſe: quã mortuã quum lauiſſent (nimirum pij chriſtiani vt ex textu colligi facilè poteſt) poſuerũt in cœnaculo. In quẽ locũ Chryſoſtomus ho. 21. in Acta apoſtolo. Lotam poſuerũt in cœnaculo: hoc eſt, omnia curarunt quæ in mortuo fieri cõſueuerunt. hæc ille. Oecumenius pariter in eundem locum dicit. Quam vbi lauiſſent, fecerunt cuncta quæ in mortuo fieri conſueuerunt. En vt Lucas in oĩno primitiua eccleſia, & apoſtolorum tempore, ſimulq́ue ſancti illi & vetuſti doctores fidem nobis faciũt inter illa quæ circa mortuum fieri tunc

ſolebant, id quoq; à piis Chriſtianis obſeruatum, vt ipſorum defunctorum corpora lauarentur prius quàm terræ ſeu ſepulturæ commendarentur. De campanarũ pulſu, quo cientur viui ꝓ mortuo, mortuísve orare, citra quem plærũq; vel quorundam mors ignoraretur: vel mortuorum gratia preces fundere, multorũ mentes non ſubiret, prſum idẽ fuerit iudicium, quum longa iam & vetuſta conſuetudine, eaq́; rationi maxime cõſentanea ſit id ſeruatum. Etenim ſi vocibus humanis aſtantẽ populũ, vel ſcripto abſentẽ, tot ſanctos patres (vt ſunt Tertulianus lib. de Monogamia: Greg. Nanziãze. Chryſoſt. ho. 21. ĩ Act. apoſt. Auguſt. toto lib. de cura ꝓ mortuis agẽda, et alibi ſæpe: cæteriq́; patres) precibus, ſacrificiis, et aliis eiuſmodi defunctorum animas iuuare monuiſſe legamus, cur hoc cãpanarũ pulſus aptiſsimo ſigno chriſtianorum obitus monere, et ad preces defunctorum cauſa fundẽdas ciere nõ liceat cæteros quos ĩ variis agris diſpſos variis

Campanarum pulſus ꝓ mortuis cur in vſu.

in locis rebus externis intentos, neutrius monere daretur? Qui ſemel in eã hæreſim prolapſi ſunt vt negẽt purgatoriũ, aut ſatiſfactionem: aut hoc obuoluti ſunt errore perniciosiſſimo, vt oẽs eccleſiæ dãnent & culpent ritus & ceremonias, mox in eã quoq; ſcyllã incidunt, vt quæ tã ſcripturæ ſacræ quã patrũ teſtimoniis probauimus, negent oĩa. Irenæũ itaq; ſanctũ epiſcopum & martyrem Polycarpi diſcipuli Ioannis euangeliſtæ auditorem audiamus lib. 5. aduerſus hæreſes Valentini nos ita monentẽ. Eccleſiæ (quæ ſecundũ Paulum prioris ad Timoth. cap. 3. eſt columna & firmamentum veritatis) prædicatio, vera eſt & firma, apud quam vna & eadem ſalutis via in vniuerſo mũdo oſtẽditur: huic enim creditum eſt lumẽ Dei. Qui ergo relinquunt præconiũ eccleſiæ, imperitiã ſanctorum preſbyterorum arguunt, non contemplantes quantò pluris ſit idiota religioſus, à blaſphemo ſophiſta, tales ſunt oẽs hæretici. Confugere igitur oportet ad ec

cleſiā,& in eius ſinu educari.hæc ille. Ad *ecclesiā igitur confugientes,& hæretico rum ineptiſſima ſophiſmata declinantes non errabimus ,& ſolitas eccleſiæ ceremo nias,quas tam ex ſacris quàm antiquiſſi morū patrum ſcriptis,& eccleſiæ conſue tudine ſeruatas hucuſq; nouimus,non mo dò nō cōtemnamus,ſed & ſtudioſè ſerue- mus:nec aliquorū argumentationes ex cō parationibus conſtructæ,ab eccleſiaſticis; patriisq; ritibus vſquā auellant:quin po tius eccleſiæ,cui creditū eſt lumen* Dei,*do ctrinam ſequamur.* Poſtremùm *eſt,vt per- paucis doceamus q̄d oīa eiuſmodi officia defunctorum corporibus exhibita confe- rāt,quídve horū carentia noceat.quæ pla nius vt elucidemus,propoſitiones aliquot efferemus.*

Funebres exequiæ quid iuuent:& quos non.

Prima propoſitio.

Animis nuptiali veſte, nempe Dei gratia,redimitis, à cuiuſcūq; pœnæ debito prorſum abſolutis,ab aſſequutione beatitudinis continuò poſt mortem ſepulturæ carentia non nocet. Nec vilis obeſt.

Id ex ſacris cõpertiſſimum eſt, quum ſecundum Paulum poſterioris ad Cor. cap. 5. tunc recepturus ſit vnuſquiſq; prout geſſerit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum. Hunc *eſſe* veritatis *ſenſum ſancti patres docent.* Proinde Proſper *in ſententiis, ſententia 89. dicit. Sicut diuitibus pctõribus nihil proſunt exequiæ ſumptuoſæ, ita nihil nocẽt aut* viles *aut nullæ ſanctorum pauperum ſepulturæ.* Auguſt. *to. 4. lib. de cura pro mortuis agenda maximè cap. 2. & 3. vt prius docui ſententiã hanc diffuſè roborat & firmat: & ea tam manifeſta eſt viro chriſtiano, vt probatiõe nõ egeat, in vita tamen* voluiſſe ex Dei *charitate ea ſibi præſtari ſecundum eccleſiæ catholicæ morẽ, tunc, vt cætera bona opera, prodeſt etiã ad amplioris gloriæ cõſequutionem. hoc enĩ velle bonũ habuit adhuc ĩ corpe.*

Secunda propoſitio.

Vt damnatis nihil proſunt exequiæ ſumptuoſæ, ſic nec pœnam eſſentialem auget exequiarum aut ſepulturæ carentia.

Satis ex præcedentibus clara eſt hæc

ſententia. Siquidē ea eſſentialis pœna tantum reſpondet his quæ geſſerunt viui: ſepulturæ vero carentia aut exhibitio tantum conuenit poſt mortem, quando nec ſibi meretur quis gloriam, nec damnatiōis pœnam eſſentialem: nec ea pœna creſcit ꝓpter ſubtractionem aut negationem alicuius rei à viuentibus. Tunc enim quantum ad eſſentialē gloriam aut pœnam, recipit vnuſquiſq; prout geſſit in corpore. Atqui damnato nocet, & exinde eſſentiali pœna cruciatur, ſi viuens contempſerit & noluerit ſecundum eccleſiæ catholicæ morem ſepeliri. Ea enī mētis affectio qua viuens cōtēpſit eccleſiæ morē, mala fuit, eamq; adhuc ī corꝑe habuit: et ꝓindemortuus ei reſpōdentē pœnā eſſētialē recipit.

Tertia propoſitio.

Animis cum Dei gratia & charitate migrantibus, nondum perſoluta pœna temporali venialibus debita, aut in quam per pœnitentiam commutata eſt æterna quæ mortalibus ante pœnitentiam debebatur, valere poteſt tam directè, quam indirectè, quod ſepeliantur, quod honorificè ſepeliantur ſua corpora.

Animis purgatorium ignẽ patientibus directè prodeſt ſepultura, honorificentia ſuperius deſcripta, & lotio, ex hoc ꝙ comitantes funus, expenſas debitas ſecundũ eccleſiæ morem facientes in proteſtationem ſuæ & defuncti fidei tam de Deo, *quàm de reſurrectione, corpus lauantes aut vngentes ſecundũ morem, applicãt ſatiſfactionem reſpondentem eiuſmodi operibus ſuis in ſatiſfactionẽ pœnæ debitæ iis animis defunctorum.* Itemq; *preces quæ funduntur pro eis in comitatu & funere tam à clero quàm à cæteris, ad debitæ pœnæ ſolutionem eis proſunt, vt cuiuis fideli conſtat tam ex ſecundi libri* Machab.*cap.* 12.*quàm ex ſententiis patrum, vt videre eſt ex* Dionyſio *lib.*Eccleſiaſt.*hiſt.cap.* 7. *ex Clemente qui epiſt.*1.*ad* Iacobum *fratrem domini teſtatur* Petrum *apoſtolum inter monita ſua hoc docuiſſe & monuiſſe, vt viui pro defunctis orarent.* Item *ex* Tertul.*lib.de* Monogamia, *& lib. de corona militis.*Sic *ex* Cypriano *epiſt.nona.*

1. *libri:* Ex *Chryſoſtomo homil.* 21. *in* Act. *apoſt.* Ex *Auguſt.to.*10.*ſermone* . 32. *de verbis apoſtoli & aliubi ſæpe. & ita de aliis.* I*ndirectè proſunt eadem ipſis defunctis, ex eo quo cient eam ſepulturam curantes, comitantes, ſpectantes, emolumentum aliquod inde percipientes, ad orandum pro ipſis defunctis.* E*iſdem animis purgatorium ignem patientibus obeſt aliquando carentia vel ſepulturæ, vel ſuperius ſcriptæ honorificentiæ ſepultura, & cæterorum dictorum, ex eo quo ſubleuatione quam eſſent ſine carentia illorum ſuſcepturæ, priuantur vel ex toto, vel aliquanto, vel magna ex parte.* At *verò vt ſepultura & cæteræ exequiæ iiſdem animis non faciunt ad aſſequutionem amplioris beatitudinis eſſentialis: ita nec earum carentia minuit eſſentialem gloriam, quã poſt exactum purgatorium excepturæ ſunt.* V*olitio tamen, qua adhuc in corpore voluerunt & ſtatuerunt poſt mortem*

ſuam

ſuam exequias illas ſecundum eccleſiæ morem propter Deum, & ex eius charitate, ſibi præſtari, vt aliæ bonæ operationes gloriam eſſentialem adauget.

Quarta propoſitio.

Porrò ſiue defunctis proſint, ſiue non, eiuſmodi officia funeris corporibus defunctorum impenſa, viuis ex Dei charitate cum debitis circunſtantiis, ea præſtãtibus proſunt, vt cætera pia, ſancta & chriſtiana opera. Siquidem diffuſè ſatis probauimus actiones eas eſſe pias, ſãctas, & deo gratas.

Petri igitur apoſtoli monita lubentes exoſculemur, & obuiis vlnis excipiamus: qui (vt refert Clemens *eius diſcipulus epiſtola prima ad* Iacobum *fratrem domini) dum fideles doceret, eos quoq; monebat mortuos ſepelire: eorum exequias diligenter peragere: pro eisq; orare. quod præſtantes* Deo *gratum impendemus obſequium, & vitam nobis comparabimus beatam, quam tandem conferat* Deus *dũ ſepultura & exequiis opus erit.*

FINIS.